



principaliter detur pupillo, l. in coplandis, C. de nupt. pro quo videtur textus in l. propter litem, §. fin. in prin. ff. de excusat. tutor. ibi, licet datus tutor ad unum verum patrimonium datus est, &c. Namque si exprimeret, quod datur etiam ad patrimonium extra territorium iudicis, tunc talis datio respectu rerum, quae non sunt in territorio sibi subdito, non valeret, ut late in adie Ang. in d. l. i. Cod. qui per. tut. quem refert & sequitur Greg. Lopez in d. 12. gl. Aluaz del lugar, ubi & fit e contra iudex. Et quod administratio tutoris porrigatur etiam ad bona sita extra territorium eius, qui tutorem dedit, tenet quoque Bart. in l. legitimus, num. 5. ff. de legitim. tut. ubi, quod decretum super acta voluntaria a iudice ordinario interpositum, valet etiam super rebus extra territorium sitis, per text. in l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum & l. i. Cod. qui per. tut. & dicit l. propter litem, §. licet, ff. de excusat. tutor. concludens, ex hoc, quod iudex, sub quo est pupillus, potest interponere illud decretum, quod extenditur ad bona ubicunque posita, si contra dationem non habet: sed si contradictor esset, ita quod haberet necesse mitti in possessionem per ministros iudicis, tunc non sufficeret litera illius iudicis, sed deberet scribi illi iudici, sub quo res sunt, idem Bart. in l. pupillo, numero primo, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Bald. in lege final. numer. 26. C. de edito D. Adrian toll. Alex. and. consil. 12. num. 4. volum. 1. Decius consil. 207. numer. 5. & hos refertens Andreas Gail lib. 2. praed. observo, observatione 123. numer. 6. pag. 240. colum. 1. & Cavalcan. de tutor. & curator. num. 281. Martianen. consil. 78. num. 58.

7 Quod si pupillus fuerit dominus loci, in quo habitat, & habet domicilium, non tenet datio tutoris eadem facta per iudicem ab eo ibi positam, quia requiritur, quod persona pupilli sit iudici subdita, qui dat eum tutorem, ut in d. l. 1. & quia actus tutelae videtur potius actus contentiose iudicialis, quam voluntaria, unde apud se ipsum, siue eius iudicem fieri non potest, si consil. ff. de adop. l. ff. de tut. & curat. dat. ab his, l. ille a quo, §. tempore iudic. ad Trebell. Unde recurrendum esset tali casu ad iudicem originis propriae, vel paternae, vel ubi habet maiorem partem suarum facultatum, ut in d. l. 1. & in d. l. 12. Regia. 7. part. vel ad Regem, qui iubeat ei provideri de tutore, secundum Greg. Lopez, ubi supra ad finem gl. ubi etiam refert Bald. in l. 1. colum. 1. Cod. de emancip. liber. dicentem, quod iudicium dandi tutores, potest prorogari de consensu partium, cum sit actus voluntarie iudicialis: sed stante nostra l. Reg. 12. credo non posse procedere hoc dictum Baldi, cum per eam tres iudices praedicti constituantur pro discernenda tutela, & praeterea praecipitur in ver. mas si el iuez, que si el iuez que da el guarda dor no ovieste por si alguna de las razones sobredichas, que son domicilio, o natural de a del pupillo, o de su padre o existencia de la mayor partida de los bienes del huerrano no puede estonte el que fuese puello por mandado de el iuez aver la guarda del moco.

Et quamvis lex haec nuncupatum non loquitur in casu, quo adfit, vel non adfit prorogatio partium, nihilominus tamen ex sua generalitate, & quia non exipit casum prorogationis de consensu partium factam in alium iudicem, quam praed. tres, procedere quoque videtur, etiam iudicium alterius iudicis incompetentis prorogetur de consensu partium: alias enim, quilibet iudex extraneus posset dare tutorem non subdito de consensu partium, quod esse videtur contra mentem nostrae legis, cum ipsa ad hoc constituit unum extribus iudicibus, & annullat dationem tutelae ab alio, quam in ea contentis factam, fierentque praeterea in hoc mille fraudes in damnum pupillorum, si aliud diceremus, & quia facta privatorum iudicium dari non potest, ut in iuris vulgaribus.

Denique verius esse censetur, dationem tutelae potius

esse actum iurisdictionis contentiose, quam voluntariae, quia tutores dativi discernuntur per quibus habent iurisdictionem ordinariam non delegatam, & sic per iudices civitatum secundum Bar. in l. 1. in prin. ff. de tut. & cur. dat. ab his, in 4. Alex. & fas in l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. idem las. & Dec. in l. 1. ff. de offic. eius, prout eos refert, & sequitur Ant. Piag. de tut. & cur. q. 5. n. 3. & Greg. Lopez in d. leg. 12. in gl. que sea menor: Et praeterea, quia in tutela discernenda requiritur plerumque causae cognitio, ut sup. in aliis. diximus. Item plerumque oritur contentiones inter plures tutelam praetendentes: Denique tutores nonnunquam exculantur, & tutelae onus subire contendunt: Alio vero eam praetendunt contra alios, super quibus magnalites causantur, rixae, & contentiones. Ergo cum haec omnia iudicis decreto discernenda sunt, atque pendant ab ipsa datione tutelae, consequens est, ut datio tutoris sit actus iurisdictionis contentiose, non vero voluntariae.

10 Ratione tamen necessitatis, (ut quia minor originarius unius civitatis, habens etiam ibi facultates suas, ab ea bannitus esset, & habitaret in civitate vicina, & ibi conuenire) potest iudex civitatis habitatiois illi dare tutorem, quamvis alias non liceret, secundum Joannem Andream in addit. ad Specul. in rubr. de curat. in ver. sic, sicut ergo, ubi allegat Guido de Suzar. quem refert, & sequitur Gregor. Lopez in d. l. 12. in glossa, do nascio el moco, o el padre del, ad finem.

11 Omnia supradicta in datione tutele videtur quoque procedere in datione curat. tum ex nostra lege Regia 12. ad finem ibi, e de alli adelante deuen los iuz. gadares dar, e otorgar al moco otro guardador, que llaman en latin curador & c. los iuz. gadares. Namque videtur intelligi hoc casu de supradictis ab eadem l. assignatis ad dationem tutelae, cum ipsa lex alius in curatore dando non exprimat, nec dicatur etiam ex identitate rationis, & quia nulla differentiae ratio assignari potest in hoc inter dationem tutelae & curae: Ergo idem ius in utrisque est statuendum, argum. illud, cum simi. ff. ad l. Aquil. pro quo est text. in rubr. & nigro, C. ubi per. tut. vel curat.

12 Ex quibus conuenit quod videtur distinctio Anton. Gomez. 2. tom. var. res. fol. cap. 14. de res. l. min. 17. ver. sic quibus, quae habet, quod si agatur de dando tutore aliquid minori, debet dari in loco originis, & non in loco ubi habet patrimonium, & bona sua: quia talis tutor datur principaliter personae, & virtus & effectus tutelae extenditur ad alia loca: Si vero ageretur de dando curatore, quilibet iudex praedictorum locorum posset dare, quia principaliter datur rebus, & non personae, ut ibi per eum, de quo infra latius agemus, sed nunc eam differentiam improbamus, contententes tam ad dationem tutelae tres iudices esse competentes, de quibus in d. l. 12. quam ad dationem curae ex praedictis.

13 Proccedit etiam nostra l. 12. loquens in tutoribus dativis, in tutoribus legitimis: Iudex namque pupilli triplici modo consideratur, ut in eadem nostra l. Reg. 12. legitimum tutoribus tutelam deernet, cum in hoc inspicienda sit persona pupilli: Iudex etiam originis pupilli, vel ipsius patris iuxta nostram leg. Regiam tunc potest dare minoribus, tutorem vel curatorem, ut in ea vidimus, & de origine patris idem etiam probat l. unio. C. ubi per. tut. ubi gloss. prima concordantia iura allegat.

14 Quod si pupilli vulgo concepti essent, inspicienda est propria sui origo, vel experientia matris, & in eo loco petuntur tutores vel curatores, secundum Greg. Lopez, in d. l. 12. in gloss. do nascio, el moco, o el padre del, in prin. sed contra iudicem originis in hoc casu faciunt tradita per Ant. Galeac. Malual. consil. 37. sub num. 22. col. 3. Sed nihilominus tenendum est, quod praediximus, etiam iure communi attento, ut per Malual. ubi supra, num. 24. cum segg. & praecipue iure regio per nostram leg. Regiam 12. Similiter iudex loci, ubi maior pars hominum fuerit, potest

potest tutorem vel curatorem dare minoribus, ut in nostra lege 12. ibi, esto mismo pade, &c.

17 Dubitari tamen contingit circa intellectum huius conclusionis, ad hoc, quod iudex loci, ubi est maior pars bonorum minoris, possit ei dare tutorem, requiratur, quod ibi quoque minor habeat domicilium, ita quod alius non sit iudex competens ad id.

Et quidem Doctores communitur in l. prim. Cod. ubi per. tut. hanc partem tenent, licet curatorem rebus ibi existentibus dare possit, ut in leg. jur. peritos, §. oriundum, ff. de excusat. tutor. teste Anton. Gomez. ubi supra, qui eam sententiam quoque probat, & sequitur iudex namque, qui dat tutorem, debet habere iurisdictionem in personam pupilli, quam iurisdictionem non habet iudex, ubi tantum sunt res pupilli.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, imo, quod iudex loci, ubi est maior pars bonorum pupilli, sit competens ad dandum ei tutorem, etiam si ibi minor domicilium non habet. Primo, ex l. 1. in prin. C. ubi per. tut. ibi, ubi eorum sunt facultates, &c.

18 Secundo, quia tunc quoque minor habet in eo loco maiorem partem fortunarum suarum, videtur pupillus ibi habere domicilium, ut tradit Paulus Castr. in l. 2. num. 2. ubi & etiam, Cod. ubi Senat. vel clariss. Unde licet Pupillus alibi habere alium domicilium, seu habitationem, poterit provideri de tutore per iudicem, ubi est maior pars sui patrimonii, ut voluit Azco, cuius opinio approbatur expresse in nostra lege Regia, per quam, & tertio, haec pars expresse, & procul dubio deciditur, dum tres iudices ad dationem tutelae, vel curae constituitur, & quemlibet ipsorum, nempe iudicem loci, ubi minor domicilium habet, vel habitat, & iudicem originis propriae vel paternae, denique iudicem loci, ubi est maior pars bonorum minoris: Iudex igitur hic ultimus, ita iudex est, sicut primus domicilii, & sicut secundus originis minoris, vel paternae: Quare merito hanc partem probavit Gregorius Lopez, in dicta l. 12. in glossa, la mayor partida de sus bienes, ad fin. ibi, sed tu dice, & eam lequitur Molina Theologus de iustitia & iure, 2. tradit. prima parte, disp. mat. 120. col. 1361. ibi, sed Paul. Castr. ff.

Quae adeo procedunt, ut non sit necessarium redire iure domicilii, in alterum praedictorum locorum, ut magistratus det minoribus tutores, ut in dicta l. 12. & in dicta leg. 1. & tenet Azco in summa, Cod. ubi per. tutor. & Gregorius Lopez, in dicta l. 12. in gloss. do nascio el moco, ibi, item etiam.

19 Sic tunc etiam minor habeat domicilium in uno loco ratione originis, & in alio ratione habitatiois, & in alio, in quo nullum habet domicilium, res est sita, & expediat ei eam vendere, quilibet iudex praedictorum locorum potest decretum interponere super venditione dictae rei, text. est singularis & unicus in lege magis puto, versiculo, illud quare, ff. de rebus eorum, & ibi Dyn. Alber. Baldus & Cuman. & Antonius Gomez, ubi supra, eam reddens rationem, quia iudex originis, & habitatiois illud interponit ratione iurisdictionis personae minoris, quae extenditur ad aliud territorium, iudex etiam loci, in quo res sita est ratione ipsius rei, quam habet in suo territorio, & iurisdictione, ut in l. si praediximus, ibi, sine decreto praedicti provinciae, in qua sumus, est vendidisti, Cod. de praed. minor. & ibi communitur Doctores.

20 Praedicta tunc de iudicibus circa dationem tutorum vel curatorum procedunt, quando tutor vel curator dandus esset pupillo, vel adulto laico: si vero sit clericus: tunc enim dari debet a iudice ordinario ecclesiastico, non autem a laico, quia non habet iurisdictionem in illum, Bartolus in lege prima, numer. 5. ff. de tutoribus & curatoribus dat. ab his, Carolus Rasin. consil. 89. incipit, quam-

vii epio, §. num. 1. vol. 5. Anton. Piag. de tut. & curat. qu. 5. num. 6.

21 Poterant etiam iure communi tutores, & curatores dari a iudicibus Curularibus, habentibus potestatem a Principe, v. g. a Comite Palatino, cui Princeps concessit, ut tenet Bartolus in dicta l. 1. num. 3. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, Angelus in §. actionum, num. 70. l. 1. de act. & Antonius Piaguus ubi supra, n. 7. Sed hodie iure nostro Regio non procedit hac doctrina, attenta praedicta lege 12. part. 2. in verbis supradictis, quibus praedictis tribus iudicibus id conceditur, non vero aliis.

22 Iudex tamen competens dationis tutelae, vel curae, existente matre, (addeta vel avia, non debet devenire ad tutorem dandum, nisi ea citata: quo facto, si appareret eam esse negligentem, iudex dabit tutorem, legitimo non existente, ita Piaguus dicta questione 5. numero 8. citans ad hoc Bartolus in lege tutor, numero quarto, ff. de tutoribus, & curatoribus dat. ab his, ubi tenet, quod non valet datio tutoris facta a iudice, alio petente, non facta mentione matris, & numero 7. tenet, quod si de matre est facta mentio in petitione, debet ipsa requiri, si tutor daretur ex inquisitione sed si iudex vellet dare tutorem absque inquisitione, tunc sufficeret cotam eo esse narratum: nec enim habet necesse inquirere, quod habet, quia potest fieri, quolibet loco, & tempore, ut in leg. qui habet, §. penult. ff. de tutelis, & numer. 6. quatenus, quid si iudici narratum fuerit de matre, & tutorem sine inquisitione dederit, an matri postea tutelam volenti praedictet? Inquit, quod hoc casu est tenenda distinctio Odofredi, quod aut mater fuit in mora, aut non: Primo casu sibi praedictet, & praefatur datus: in secundo vero casu, quando mater non fuit in mora, neque est, quid sibi impetetur, tunc praefatur ipsa, & tacendo mater per quatuor menses, est in mora, ut per eundem Bart. ibid. num. 4.

Nihilominus tamen semper erit optima praxis, ut priusquam detur tutor a iudice, mater requiratur: Si in hoc omittitur, & de matre non fuerit facta mentio, corruet datio tutoris: si vero de ipsa fuerit facta mentio, & datio tutoris sit ex inquisitione, necessario debet ipsa requiri, ut patet ex doctrina Bartol. ubi supra. Quod si datio tutoris fiat sine inquisitione, licet mater non debeat requiri, quando in petitione de ipsa facta fuerit mentio, utile tamen erit, ut requiratur ad hoc, ut in mora constituat, & ut sibi impetatur, si tutelam non petierit. Idem videtur dicendum respectu ceterorum consanguineorum agnatorum deficiente matre, cum agitur de dando a iudice tutore, qui dicitur datus minoribus, ut hoc petentes debeant asserere iudici, quomodo proximiores consanguineis, siue agnati cessent petere tutorem pupilli, cum sint admoniti, ne erretur in causa facti: id quod probare videtur nostra lex duodecima, ibi, de mas de q' mos, que si los parientes fueren negligentes en demandar guardador ad huerrano sobredicho, o si non oviese parientes que lo fizesen, entonces los amigos del moco, o otros qualesquier del pueblo deuen pedir al iuez, que de al huerrano guardador, &c. Ergo constare debet de negligentia consanguineorum prius, quam deveniatur ad tutorem dativum: & a fortiori de negligentia matris vel aviae, ea stante, vel utriusque, si utraque adfit.

23 Illud praeterea tunc observandum est in proposito quod tutor, vel curator magnatus, debet dari & provideri per solum nostrum regem, ut in leg. 14. titulo 5. libro 2. Nova Collect. Regia, quae ita disponit: Mandamos que quando quierra que en nuestras audiencias se pediere por parte de algun grandetutor, o curador para su persona y bienes, o para litigar en nuestra Presidencia y Oydores de las dhas. nuestras audiencias, lo remi tan a vstras personas reales, pmas aquello es a nos de prouer, y cumplir a nuestro servicio. Jure autem

autem communi. qui iudices essent competentes ad providendum illultribus & clarissimis personis, tutores vel curatores decernit, lex unice. Cod. de tutor. vel curat. illustr. person. Unde in his regnis, nec auditores regni, nec Regis praetores, nec domini vasallorum, abique Regis consultatione & commissione possunt tutorem, vel curatorem magnati providere, ut patet ex illis verbis, (Pues aquello es a nos de proceer, compe asiti a nuestro seroicio, per quam leg. ita in terminis tenet Bordabilla, in su Poluitica de Corregea. lib. 2. capitulo 16. numero 207. pag. 874. colum. 1.

24. Debeat tamen iudex t competens per se dare tutorem, & non per alium, si substantia minoris fuerit ultra quingentos solidos, secus si infra eos, ut in nostra leg. duo decima, ibi, E l i n e z, lo de m e b a z e r p e r s i, n o n p a r a i r o a n i e n d o e l m o c o e n s u v a l i d a m e n s d e q u i n t o s m a r a n e d i s m a s i s u e i e n t e m e n o s, b i e n p u e d e m a n d a r a t r o i n e z, q u e s e a m e n o r d e s i q u e d i l o f i z a e n l u g a r d e l.

25. Sic iure communi in usu erat, t quod Romae praefectus urbi, vel praetor secundum suam jurisdictionem, in provinciis autem praefides, ex inquisitione tutores, vel curatores crearent, vel magistratus iussu praefidum, si non erant magno pupilli facultates, ut in s. sed hoc iure, Insitut. de Atit. tutor. Unde licet ius dandi tutore, Insitut. de Atit. tutor. teream, ff. de tutoribus & curatoribus dat. ab his, datum esset omnibus magistratibus municipalibus, hoc intelligi debebat iussu praefidis, ut in dicto s. sed hoc iure: Non enim illis suo iure competeat, nisi substantia esset infra quingentos solidos, ita glossa prima, in dicta leg. ius dandi, & in leg. prim. verbo, mandari, ff. de offic. eius cui mandat est iurisdict. ubi cum sequantur Bartol. numero 6. Orosc. numero vigesimo nono. Est communis secundum Curtium Junior. ibi, numero 33. qui latissime eam examinat, tenet etiam glossa in leg. prima, verbo, tutores ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Doctores, dicit communem Ioan. Orosc. in leg. & legati, numero 1. ff. de officio proconsul. & leg. sequitur cum Decio Antonia Piaguia, de tutor. & curator. qu. 15. numero 3.

26. Justinianus autem in s. nos autem, qui est penultimus de Atit. tutor. per constitutionem suam huiusmodi difficultates hominum rescavit, nec expectata iustione praefidum disposuit, ut si facultates pupilli, vel adulti usque ad quingentos solidos valeant, & defensores civitatum, una cum eisdem civitatis religiosissimo antistite, vel alia publica persona, id est, magistratus, vel iudicis, Alexandriae civitatis tutores, vel curatores crearent, legitima cautela, secundum eisdem constitutionis normam praestanda, videlicet eorum periculo, quia eam accipiunt, per quem tenet gloss. in dict. leg. prima, verbo, mandari, ibi, hodie autem ff. de officio eius, cui mandat est iurisdictio, quod hodie iure magistratus competit ius dandi tutores, sine iussu praefidis, vel legis, si pupilli substantia sit infra quingentos aureos, similis gloss. in dict. l. ius dandi, loquens de quingentis solidis.

27. Datio igitur t tutoris mixti semper imperii est, alias maioris, alias minoris (ut ait Bartol.) secundum crebriorem opinionem, ut refert ex Purpur. in lib. 1. num. 604. ff. de officio eius, cui mandat est iur. Ioann. Orosc. in lib. 1. numero 55. ff. de iurisdictio, omn. iud. & delegari non potest, nisi pupilli facultates ultra solidos quingentos non sint, vel ei delegatio fiat, qui alioquin iurisdictionem habeat, ut cum Accursi, communiter Doctores concludunt secundum Socin, numer. 16. in dict. leg. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. ubi Ioann. Orosc. numer. 17. & Purpur. in dict. leg. 1. numero 607. & 609. ff. de officio eius, cui mandat est iurisdictio, quae distinctio iure quoque regio probata est in dicta leg. duodecim, versicul. E l i n e z, & c. ut vidimus.

Et in t curatore quoque tenenda est, ut in dicto s. nos autem, & tenet Angel. & Socin. colum. 4. in dicta l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. quos refert & sequitur Orosc. ibi d. numero 37.

Sed cum text. t in dicto s. nos autem, inquit eautem legitimum esse praestandum, eorum periculo, vel eam accipiunt: gloss. ibi verbo, eorum, exponit, scilicet, tabellionum & aliorum, non vero ipsorum maiorum iudicum, qui habent potestatem dandi tantum.

Joan. tamen Faber, in s. fin. in fine Institut. de fatisdat. tui, dicit, illum text. & d. s. fin. esse intelligendos de minoribus iudicibus. & non credit, quod tabelliones ad hoc se int omittere debeant, nisi eis committeretur, nec hoc iure aliquo reperitur.

Ego autem intelligo cautela illam legitimum, hoc est, satisfidationem esse periculo iudicum dantium tutores, vel curatores, & admittentium fideiussores, ut patet in d. s. nos autem, in fine, in verbis supra relatis, & in l. g. tit. 16. part. 6. ibi, Denen dar fadores al iuez del lugar. praefertim cum iuxta praxin, quam supra retulimus, circa discernitionem tutelae, prius praestatur satisfidatio, & in d. visis promissione, iuramento, & obligatione tutoris, atque satisfidatione ab eo praestata, ei discernit tutelam, ergo ad ipsum iudicem admittentem fideiussores, & dicitentem tutelam, quasi eos approbantem, praestatur periculum: ad tabellionem vero, qui eius rei tantum est nudus minister, minime: in aliis autem fideiussoionibus, quas tabelliones ex commissione expressa vel tacita accipiunt, ad eos spectabit periculum, non vero ad iudicem: sed in datione tutelae, iudicem tanget per supra dicta, & nuper observata a nobis, sup. c. procedent. versic. ad tertium, & vers. ultimus. Quae hic iterum memoria recoleranda erunt.

Sediure nostro Regio, per dict. leg. 12. tit. 16. part. 6. tres iudices ad dationem tutelae sunt competentes, ut supra vidimus, & non alii, nempe iudex loci, & originis pupilli vel patris, & loci ubi pupillus habuerit matorem partem honorum suorum: sique cessant in his regnis disposita a iure communi in hoc.

Debet t autem esse tutor vel curator datus, Bueno e rico e que entienda el iuez, que lo recibe mas proprio del modo que de si mismo, utro dicta leg. 12. ibi, Quele de guardador aral, & c. iterum ibi, Que si a tal que alimne el pro del moco. Hoc ideo dicitur, ut detur cum inquisitione, & sic datus non satisfidat, ut in princip. Insitut. de fatisdat. tutor. sed hodie in praxi omnis tutor datus satisfidat, ut praediximus, & cum dicit Rico, intelligit Gregorius Lopez, ibidem in gloss. Bueno y Rico, quod sit ita divescitur pupillus: Sed hoc non est de substantia satisfidationis tutelae, vel curae, ut cum Baldo dixitidem Gregorius Lopez, in leg. 9. in glossa fadores, post medietum ibi, & nota, quod non est de substantia tit. 16. part. 6.

Ultimo t circa praedictum primum articulum, supra propositum & iam bene explicatum, quis, scilicet sit iudex competens ad dandum tutorem, illud superest videndum, quid si reperiantur plures tutores vel curatores dati minoribus a diversis ex praedictis iudicibus cuius datio tenebit & praeferenda erit?

Et quidem, ut breviter meum insinuum iudicium, censo, quod cum quilibet ex praedictis tribus iudicibus, sit competens ad dationem tutoris vel curatoris, dationem eius, qui ex his praevenerit, esse potioris & praefendam, cum per eam praeludatur via ceteris iudicibus, & non sit dandus tutor vel curator, eum iam habenti, ut habet regula iuris generalis, de qua infra suo loco agemus: Quod si forte contingeret, ut eodem die fuerit tutor vel curator datus a duobus vel tribus iudicibus

cibus competentibus, nec constet de prioritate, tunc Alber. post Dyn. in l. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & in leg. 1. Cod. ubi petat. tut. tenet, quod praefatur datio originis, ut refert & sequitur Gregor. L. op. in dicta leg. 12. in gloss. delan teo, ad finem. Ego vero crederem datum per iudicem domicilii, praefendam esse ex nostra l. Reg. 12. arguendo ab ordine litera, quod argumentum validum est, l. quoties, in principio, ubi est text. notab. ff. de usufruct. l. gener aliter, s. quid ergo, ff. de fideicommiss. lib. allegat alia iura Everard. in Centuria legal. loco primo ab ordine, versicul. 2. istud argumentum, & c. & in vers. 3. qui in vers. 5. illud argumentum probat, etiam quod ex ordine arguit praerogativa.

Quantum ad secundum principale, quomodo mater & ceteri consanguinei pupillorum teneantur, eis petere tutorem, & quae poena puniantur, si id negligant, atq; praetermittant, inquit lex nostra: De jam parado sineando el moco que fuesse menor de catorce años de quita qe si padre no lo oviesse dado guardador en su testamento nin oviesse pariente cercano que lo quisiesse guardar: estance, la madre e los otros parientes que heredaren a este moco si muriesse sin testamento, deven pedir al iuez del lugar que le de guardador, & c. Esi estos tales no pidan guardador, a tal moco como sobredicho es, pierden por ende aquel derecho que avian de heredar en los bienes del buerfano si muriesse sin testamento.

De iure communi in matre, quod ad hoc teneatur, & alias cadat a successione, & sequentibus in gradu deferatur, probat l. 2. s. si mater, ff. ad Tert. & in s. sed quem admotum, Insitut. eod. tit. l. & leg. matris, & l. cum a matribus, C. qui per. tut. & leg. 2. ff. eodem titulo, ubi Bartol. late agit de hac materia, Parisi. consil. 41. volum. 2. Mantua. consil. 33. & latissime Marant. in repet. l. i. potest, num. 219. cum pluribus sequentibus, Sylva nup. Ioan. Neviz. lib. 1. num. 33. Anto. Gabriel. lib. 6. communium opinionum, conclus. 1. de Tutel. & Curator. in l. 6. tav. n. 2. cum seqq. & alii infra citandi.

De alio vero t omnibus consanguineis successuris ab intestato pupillo, idem probat & concordat l. sciant. 16. C. de leg. hered. cuius verba sunt haec:

Sciant, qui ad successiorem vocantur pupilli mortui, si defuncto eju patre, tutorem esse secundum legem non petierint intra annum, omnes eis, si ve ab intestato sine iure substitutionis successiorem ejus, (si impubes mortui) denegandam esse, Bart. in l. 2. s. confessio, in fin. ad Tertul. Nicolaus de Voald. in tractatu de successib. ab intest. 2. part. in tertia limitatione Marian. Socin. Junior. consil. 16. volum. 2. Calcan. consil. 33. idem in agnatis & cognatis ponit Odofred. in dict. l. sciant, & ibi Paul. de Cast. dicens, idem esse in omnibus consanguineis, & Salycet. & Cornueus in princ. sdem Cornueus, in l. matres, C. ad Tertul. in princ. Ancharan. cons. 104. & alios allegans Anto. Gabr. ubi sup. num. 3. & 4. ubi s. idem in avunculis probat ex Signorola de Homodeis consil. 108.

Et ex dict. l. sciant, supplenda & interpretanda est nostra leg. 12. nempe, ut quamvis ipsa non aperiat, intra quod tempus mater & alii pupillo coniuncti teneantur ei petere tutorem, id tamen facere debeant, & teneantur intra annum mater & alii consanguinei, ut in dict. l. sciant, ubi magis communiter hoc tenent Doctores respondentes ad l. 2. s. confessio, ff. ad Senat. consulu. Tertul. quae videbatur aliud probare secund. Gregor. Lopez in d. leg. 12. in gloss. No pidan guardador, statim post principium.

Sed quia ista materia sapissime in praxi cotingit, estque utilissima, longaque habet radices, ideo eam, claro stylo (more solito) explanare intendo atque radicibus, prout fiet (annectente Deo) per ampliationes & limitationes tam ex textibus deductas, quam ex DD. infra citandis recollectas.

Sic igitur prima ampliato, ut dum ha t leges loquuntur de matre, procedant etiam in avia, ut in leg. 2. s. si mater, in versicul. quid si nepotibus, ff. ad Senat. consulu. Tertulian. leg. 2. ubi Bartolus, ff. qui petant. tut. & in hoc non est difficultas, secundum Tellum Ferdinand. in leg. 6. Tauri, num. 31. versicul. alter casus, & in avia, avo & patruo, Cornet. consil. 113. volum. 4. Petrus Ancharan. consilio 250. & in avia, Parisi. consilio 83. volum. 2. & Marian. Socin. Junior. consil. 19. volum. 2. quos refert, & sequitur Ant. Gabriel. ubi supra num. 1. ubi n. 6. idem esse ait in proavo materno.

Est tamen differentia inter matrem & t aviam ex una parte, & alios consanguineos sperantes successiorem 35 pupilli ex altera: quia licet mater prius veniat & avia posterior, annustantem currit ambabus, & ambae excluduntur, si intra annum tutorem non petant: quia una & eadem causa, scilicet, naturalis pietas eas adstringit, non tamen avia debet praeveneri matrem praecipiti festinatione; nec detineri in oratorio cunctatione, sed cum viderit matrem negligentem, ipsa debet excitari & petere: non sic in aliis successiorem sperantibus, qui annus non currit nisi ei, qui tenet primam causam, hoc est, primum locum successiouis, secundum Paul. Castrenf. in dicta leg. sciant, sub num. 2. & Bartol. in dict. leg. 2. colum. fin. ff. qui per. tut. sequitur Grego. Lopez, ubi supra, in glo. No pidan guardador, ibi, est tamen differentia, refert plures pro & contra Ant. Gabr. ubi supra num. 11. Et ideo non est tuta nec vera haec differentia, ut inf. dicemus, n. 39. & 116.

Vnde & sitenentes t primum locum excludunt, se 37 quentes non excludunt, & si non petant tutorem intra illum annum, ita tenet gloss. final. in fine, in l. 2. ff. qui per. tutor. & gloss. in l. nepotibus, ubi non tamen obest, si non petierit, eis eorum mater te praefecerit, Cod. qui per. tut. & Angel. & Paul. de Cast. in dict. l. sciant, numer. 2. est communis secundum Corn. consil. 113. lit. C. & lit. E, volum. 4. sequitur Greg. Lopez, ubi sup. versic. nota etiam, & omnes idem concludunt, ita, ut in hoc nulla sit controversia apud DD. maxime primo vivente, ut per Man. consilio 262. tenet Anto. Gabr. ubi supra, n. 8. & est communis vera & tenenda sententia, secund. Ant. Gom. in l. 1. a. n. n. 18. in versic. item etiam limita, ubi hoc intelligit, quando proximior in gradu vivebat, secus vero si mortuus sit, quia tunc sequens in gradu tenetur petere pupillo tutorem intra t annum a tempore mortis primi, quia cum ius successiouis ex tunc sibi incipiat competere, similiter sibi incumbit onus & tempus petendi tutorem, sequitur plures referens Anton. Gabr. ubi supra num. 13. & Sylva, Nupr. ubi supra limita. 1.

Sed quod t maiorem difficultatem habet, est, an lapsus primo anno, per quem primus excluditur, alius sequens in gradu excludatur per lapsum alterius anni? In quo Calcan. consilio 55. tenet, quod alius annus currit ad praedictum sequentis in gradu. Idemque voluit Bart. in l. nepotibus, Cod. qui per. tut. ubi inquit, quod si mater sui negligens per annum, ita quod certum erat, eam a successione esse exclusam: si alius conjunctus fuerit negligens per alium annum, putat, eum a successione excludi. Idem sentit in l. 2. s. confessio, ff. ad Tertul. junct. ha declaracione Nicol. in Concordia, Bart. 108. & Angel. consil. 37. dum dicit, quod ideo non excluditur patrus, quia periculo suo res pupilli stabant, & clarius idem consil. 108. in fin. & sentit Baldus in Auth. sic aptrivi, versic. breviter dico, Cod. de Episcopis & Cleric. & Ancharan. consil. 440.

Sed contrarium voluit gloss. praelata in dict. l. nepotibus, dum in distincte loquitur sine praefinitione & temporis. Et idem Bart. in l. 2. num. 15. ibi, si ergo primus excludatur propter non petitum tut. alias ad quem incipit pervenire spes successiouis, non privatur ea, si tutorem non

petiit. quia lex illa hoc non dicit, nec debet extendi, cum sit contra ius commune. Et hanc secundam partem sequitur plures citans & appellans eam communem, & magis confirmat, Anton. Gabriel, dict. conclus. 1. de tut. lib. communium opinionum, n. 9. per totum. Et ita est tenendum cum priori hac & magis communi sententia adversus priorem, cum declarationibus Gabrielis, ubi supra nume. 10. 11. & 12. quarum principalis est, quando prior in gradu mortuus esset, quia tunc mortuo priore in gradu, incipit currere annus sequenti, ut prædiximus: quod in matre mortua, vel secundo nubente absq; petitione tutoris, infra etiam probabimus in 17. limitatione, num. 116.

Secundo ¶ principaliter ampliatur decisio horum iurium, dum loquuntur de matre, ut procedat nedum in matre legitima, sed etiam in matre naturali tantum, quæ tenetur petere tutorem filio suo naturali, alias privatur eius successione textus in hoc expressio, in l. ultim. Cod. qui pet. tut. ac proinde non est opus citare auctores, qui hoc tenent, est enim planum, si tamen eos adhuc habere & videre volueris, consulo Ant. Gabr. ubi supra, nu. 2. post Bart. in l. 2. §. si mater, ff. ad Tutul.

Tertio ampliatur, ut procedat non solum, quando mater fuit negligens in petendo tutorem, sed etiam si petiit tutorem, & deinde ille tutor non administravit, vel non fecit inventarium, vel alia solemnia à iure requisita. Nam si mater non sollicitavit, ut administraret, vel faceret inventarium, similiter privatur successione, ac si non petiisset, text. & ibi gloss. verb. nec legitime, in l. 2. §. si mater, versic. quod si pater, ff. ad Tutul. sed est text. clarior in vers. quod si non compulsi eos, §. ubi dicitur, quid si non compulsi eos miscere se tutela? & cum plenum officium à matre desideremus, & hæc ei curanda sunt, ne in hereditate ei obstat, & tenet Bart. in l. ultima, §. per sonis, C. de administr. tut. Marant. in repet. l. iis potest, n. 221. ff. de acquir. hered. Greg. Lopez, in d. l. 12. verb. No piden guaradador, ad fin. ubi, adverte etiam: intellige & declara. ut infra n. 107.

Et hæc tertia ampliatio procedit in tutore petito à matre non administrante, vel omittente facere inventarium, vel alia solemnia: Secus namque est in tutore testamentario, vel legitimo, quia in eo mater non tenetur esse sollicita, ut administraret, vel inventarium conficiat, unde tunc non punitur, ut probatur in l. 2. ff. qui pet. tutor, & ibi Bartol. num. 3. idem Bart. in dicto §. per sonis & Bald. in l. prebitor, num. 18. Cod. de impub. & alius substit. Socin. cons. 20. n. 4. volum. 1. Marant. ubi supra, n. 222. Gregor. Lopez, in dicto l. 12. in gloss. No piden guaradador, ad fin. ubi, quid autem si mater. Idem constat ex text. in d. l. 12. in principio, dum loquitur, Quando el padre del menor no le oviese dexado guaradador en su testamento, no oviese pariente cercano que lo quisiese guaradar: Ergo stante tutore testamentario vel legitimo non tenetur mater tutorem petere filio suo, nec curare, quod administraret, quod etiam tenuit in terminis, Bald. cons. 403. in 4. volum. quem refert & sequitur Marant. ubi supra, nume. 271. & stante tutore testamentario idem probant Abb. cons. 90. volum. 2. Arctin. consil. 107. Marant. in iuror consil. 16. volum. 2. prout eos refert & sequitur Anton. Gabriel. ubi supra, num. 26.

Vnde conclusio principalis supra posita, de cuius ampliacione agimus, procedit, quando ob istum defectum dandus est tutor datus, veluti quæ testamentarius tutor est remotus vel excusatus, vel eo casu, quo proximo esset inhabilis inhabilitate temporali, vel alius casibus, quibus locus est datus. Ita declarat Bart. in l. 2. n. 2. vers. oppono ista necessitas, ff. qui pet. tutor. & refert Gregor. Lopez, ubi supra, in gloss. No piden guaradador, ibi adverte etiam.

Contrariam tamen sententiam in hoc tenet Lucas

de Penna, in leg. nullus, Cod. de proxim. sacro. scrip. lib. 12. versicul. 3. quaritur, nempe, quod etsi sit testamentarius tutor, vel legitimus, qui tamen non administrat, ad huc mater tenetur inflare, ut administraret & inventarium faciat, cum finis legis sit provisio pupilli, & lex non debeat imponi verbis, sed rebus, l. 2. Cod. commun. de leg. & ex aliis fundamentis, quæ ibi adducit, cuius opinionem refert Gregor. Lopez, ubi supra, quem refert Lucas tamen de Penna, qui tandem se remittit ad ea, quæ in fine illius glossæ ipse dicit, ubi tenet priorem sententiam Bald. & aliorum. Quid tenendum?

Ego in hoc puncto potius ad hæc priori sententiæ negativæ, tanquam veriori, quæ, ut prædiximus, colligitur ex verbis nostræ leg. ut supra expensis, & denique quia cum simus in penalibus, servanda est nostra lex cum similibus stricte in terminis, quibus loquitur, nec extra eos trahenda est, quia odia retrahit & favores cõvenit ampliari, & non habemus legem expressam, quæ aliud probet, aut dicat in tutore testamentario: præsertim cum in specie nostræ principalis tertiæ ampliacionis sint opiniones diverse Doctorum, quas refert Sylva nuptial. 1. part. num. 55. limitatione quart. Sed nihilominus censio tenendam prædictam tertiam ampliacionem cum sua prædicta declaratione & restrictione, ut non procedat, quando tutor testamentarius vel legitimus non administrat, vel inventarium, aliave solemnia conficere omisit, per supradicta contra Lucas de Penna: non tamen excusatur mater à petitione tutoris filii sui: eo solum, quod post eam existent consanguinei, quibus legitima tutela defectur, nisi intra annum reconitit expresse tutelæ filiorum, ut infra latius agemus, numero 99.

Illud tamen ¶ observandum est in proposito, quod si tutor esset datus in testamento minus legitime, adeo quod indigeret confirmatione iudicis, si mater non petierit ipsum confirmari per prætorem, privatur successione, text. est de hoc expressus in l. credendum, in princ. ff. qui pet. tut. Et idem est in alio successuro, ut tenet Marant. ubi supra, n. 224.

Si ¶ autem pluribus tutoribus idoneis datis, unus eorum, vel decesserit, vel temporalem excusationem accepit, mater, quæ propterea in locum eius alium non petit, quia numerus reliquorum administrationi tutelæ sufficiebat, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia excusatur, ut in d. l. credendum, in versicu. si autem pluribus.

Sed si suspecto tutore ¶ pupilli accusato, decretum erit, ei adiungi alios, mater eos quoque petere debet, alias incidit in sententiam constitutionis, ut ibidem quoque deciditur, in versic. sed si suspecto. Secus vero erit, si suspectum tutorem non fecit, ut ibidem probatur, in vers. quæ autem.

Quarto ¶ ampliatur eadem decisio, ut procedat etiam in substituto pupillari: is namque tenetur petere tutorem pupillo intra annum, alias regulariter privatur iure substitutionis, & sic non succedit, textus est in dicta leg. sciatis, C. de legitim. hered. & tenet Bartol. in l. 2. colum. 4. num. 8. & 9. ff. qui pet. tutor. ad quem se remittit Gregorius Lopez ubi supra in versicul. & quid si existens mater, & substitutus pupillaris, leg. cohereds, §. cum filia ff. de vulgar. & pupill. substitut. & sequitur Marant. in d. l. iis potest, n. 223. & alios allegans Ant. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 7.

Non tamen ¶ hoc procedit in substitutione fideicommissaria, quia mater sic substituta, non privatur fideicommissio, licet non petierit tutorem pupillo, quia ex alieno iudicio succedit, cum per fideicommissarium substitutionem non succedat pupillo gravato, sed ipsi testatori, à quo emanavit substitutio, ut in dicta leg. cohereds, §. cum filia, text. est expressus pro hac limitatione in dicto.

in dicta l. credendum, in versic. si vero maritus, ubi notat Bartol. post antiquos, & in dicto l. sciatis, qui, & ibi communiter DD. Marant. ubi supra, num. 223. in versic. quod limita. est communis secund. Anto. Gomez. in l. 14. Taur. n. 18. in versic. etiam limit. ubi loquitur in matre, & alios consanguineis, & tandem Emanu. Colta, in rep. c. si pater, in 3. part. in verb. verbus, num. 4. & 5.

48 Quinto ¶ ampliatur, ut procedat non solum in tutore petendo, sed etiam in curatore, quia si mater non petit curatorem filio suo pupillo in casibus, in quibus est necessarius curator pupillo, veluti, quando tutor legitimus non est idoneus, ut in §. inter dum, Institui, de curat. privatur successione filii, textus expressus in leg. 1. ff. qui pet. tutor, & in l. 2. §. si mater, versic. quid si curator, ff. ad Tertullianum. Secus est, si haberet filium adultum, quia non tenetur ei petere curatorem, ut in dicto leg. 1. & in l. mater his, Cod. eodem titul. Marant. in dicto leg. 1. potest, numer. 226.

49 Sexto ampliatur, ut ¶ procedat etiam in matre prægnante, quia nihilominus tenetur petere curatorem bonis, alias si posthumus nascatur & moriatur, si non succedit, text. & ibi Bartol. in dicto §. si mater, versic. quid si cum prægnans.

50 Idem nonnulli probant, ¶ si mater prægnans non potuit curatorem dari ventri, per dict. §. si mater, versic. quid si curator, licet tutelam suscepit, & posthumus statim decesserit, ut Bald. in d. l. mater, colum. fin. C. ad Tertull. Marant. in rep. l. iis potest, num. 227. ff. de acqui. hered. ubi limitat, ut ibi per eum, sequitur etiam Nicol. de Ubal. de success. ab intest. 2. part. num. 20. ubi quod ad hoc non habet annum, sed tempus præfinitum à l. 1. §. sed si maritus, ff. de lib. agnos. Alii vero per alios contrarium probant, nempe, quod mater non privatur successione ob non petitum curatorem ventri: ita tenet Baldus sibi contrarium, consil. 283. ad finem, volum. 2. & in lege mater, num. 3. Cod. ad Tertullianum, Iohannes Andreas in addition. ad Speculato. titulo de tutor. §. nunc dicendum, in additione finalis, dicens, quod textus in dicto §. si mater, versic. quid si cum prægnans, loquitur de curatore bonis dando, non vero de curatore dando ventri: Unde si mater mansit in bonis mariti, & eo mortuo, nec petiit se mitti in possessionem nomine ventris, nec petiit curatorem ventri, ex hoc non perdit jus succedendi, quod refert Gregor. Lopez, in d. l. 12. in gloss. No piden guaradador, ubi, quid autem de muliere, nihil tamen decidit: Mihi videtur, quod text. in d. §. quid si cum prægnans, non sit extrahendus à suo casu, cum sit penalis: non enim loquitur potest text. ille in curatore ventri dando intra annum, cum posthumus ante annum nasci debeat: sed in curatore bonis dando intra annum. Opinio ergo Joan. Andrea prædicta vera esse videtur, dummodo mater petat curatorem bonis intra annum, ut cavetur in illo textu, ubi reddens rationem inquit: nam & si apud hostes habuerit impuberem, id erit dicendum. Ad effugiendas tamen opiniones, cautius faciet mater prægnans, si intra annum petierit curatorem dari bonis, & ventri, tamen si hoc ultimum petere non tenetur sub prædicta poena privationis successiois, ut resolvimus cum Joan. Andrea.

51 Septimo ampliatur, ut procedat ¶ etiam si mater petiit tutorem, sed minus idoneum, & inhabilem, quia habetur, ac si non petiisset, & punitur privatione hereditatis, textus est in dicta l. 2. §. si mater statim, in l. linea, ubi idoneos, & in versic. ergo, si non petierit, si vero non idoneos petierit, punitur etiam si datus fuerint minus idonei prætore error ante, ff. ad Tertull. nisi statim alios petat, ut in vers. sed & si prioribus eisdem, §. sed in demum, si dolose animo nocent pupillo minus idoneum petat, ut cum Salyc. in d. l. sciatis, col. 2. & ibi cum Corneo tenet Sylva nuptial. ubi supra n. 53. ampliatur, & alios referens Anton. Gabriel, d. conclus. 1. de tutel. num. 20.

Idoneus autem intelligitur, dummodo sit locuples facultatibus, licet non moribus, ut in d. §. si mater, versic. idoneum, Marant. in d. l. iis potest, n. 229.

Octavo ampliatur, ut ¶ non sufficiat tantum petere tutorem, sed requiritur, ut id fiat cum effectu taliter, quod tutor detur, & administrat cum effectu, ut notat glossa, & observare licet in l. matris, C. qui per. tuto. Marant. ubi supra, num. 230.

Novo ampliatur, ¶ ut mater privetur omnino hereditate filii propter non petitum tutorem in casibus prædictis, & in aliis, quibus ibidem, ea privatur, etiam quoad legitimam, secund. Bald. consil. 120. volum. 5. quem refert & sequitur Marant. ubi supra, num. 231. Barbac. consil. 67. vol. 3. & Anton. Gabr. etiam ubi supra, num. 53.

Decimo ampliatur ¶ in matre non petente tutorem, vel curatorem filio furioso, text. in d. l. 2. §. si mater, versic. quid si furiosus, ff. ad Tutul.

Undecimo ampliatur, ¶ ut procedat etiam in matre, quæ data opera petiit defunctorie, vel privilegio munitioni, vel oneratum tributustelis, dicta leg. 2. §. si mater, versic. non solum autem, præterquam si tales petiit, & suscepit nihilominus, vel detenti sunt, quia tunc excusatur mater, ut ibidem probatur versicul. quid ergo.

Duodecimo ampliatur, ¶ ut si quidem mater indignos, seu minus habiles ad tutelam petierit, cum sciebat, prætorem eos non datum: tunc licet jam ex prætor, matris petitionem sequatur, vel si dedit eam quidem prætoris delictum sit, matris etiam punitur consilium. Igitur si forte recusat inancilli, vel improbat, debet mater alios sine mora petere, ut in dicto §. si mater, versic. quid si indigni.

Decimo tertio ampliatur, ¶ ut procedat etiam in matre, quæ prioribus tutoribus excusatis, vel rejectis non contestum (hodie intra annum, ut in dicta l. sciatis, & expresse in §. penultimo, Institui, ad Tertull.) aliorum nomina dederit, intellige, & fuerit sollicita, ut administraret, & solemnia conficiant, iuxta supradicta in verba ampliacione, privatur in amissionem juris succedendi pupillo impuberi decedenti, etiam si non fuerint omnibus excusati, vel rejecti, ut in dicto §. si mater, versic. sed & si prioribus, nisi cum reliqui sufficiunt, ut in l. credendum, ff. qui petuntur.

Idem est, si quidam decesserit: licet penitus verba constitutionis deficiant, sententia tamen ipsius locum habebit, ut ibidem probatur versic. quid si decesserit.

Et ¶ quod si dictum est de tutoribus nominatis rejectis, procedit etiam, tam in non datis à prætore, quam in remotis ut suspectis, vel ob negligentiam, vel ignaviam repullis, ut in versiculo, sed quod diximus eisdem, §. si mater: ubi secus dicitur esse, si latent, quia potest eos prætor edicto adesse jubere, & suspectos eos removere, si decesserit: non tamen impetrat matri, si tutores datos suspectos non fecerit, ut ibidem cavetur, & in dicta lege credendum, versiculo, quæ autem, ff. qui pet. tutor. Quod si suspecto tutore pupilli decretum erit, ei adiungi alios, eos quoque petere debet mater, & si non petierit, incidit in poenam dictæ constitutionis, ut in d. l. credendum, versic. sed si suspecto, & erit eadem poena secundum glossam ibi, verb. in sententiam, ut in leg. nominis, §. ff. de verb. signifi.

Decimo quarto ¶ ampliatur, ut procedat etiam in matre, quæ tutorem petiit filii tempore debito, verum hoc fecit compulsus à liberis, vel cognatis, non vero, si cum petere non cunctaretur, vel ab eis admonita est, text. in d. l. 2. §. si mater, statim post principium, versic. quid ergo si petiit, ff. ad Tert.

Decimo quinto ampliatur, ¶ ut procedat etiam, quando pater pupillis prohibuerat peti tutorem, quoniam per matrem rem eorum administrari voluit, incidit namque

namque tunc in pœnam prædictam mater, si nec petat, nec legitime tutelam administrat, ut in vers. quid si pater, sitam sequenti eiusdem §. si mater, ubi limitatur, quando penitus egenis filii non petit tutorem.

Decimo sexto ampliat, ut non solum filiis, sed etiam filiabus mater tutorem petere teneatur, sicut & filiis sub eadem pœna, in dicit. §. si mater, versicul. filiis autem.

Decimo septimo ampliat, ut procedat etiam in matre, quæ forte absens à liberis præventa est, vel ab aliis, sed ita demum, si forte id fecit cum frustraretur, alias secus, ut in d. §. si mater, vers. si forte.

Has prope omnes ampliationes deduximus ex dicta lege 2. §. si mater, ff. ad Tertullianum, sed ideo eas sigillatim secumimus, ut clarior materia liqueret: sicut etiam eodem fine limitationes præfatæ conclusionis ab eodem textu deducimus: Omnes tamen prædictæ ampliationes, & limitationes procedunt eadem ratione in ceteris consanguineis, qui successuri sunt pupillo ab intestato, & ideo tenentur eis petere tutorem infra annum, sicut in matre, quamvis plerumq; de ipsa loquamur more iuriscōsulit in dicto §. si mater, ita tenent Bartolus, Angel. & Doctores in dicit. §. si mater, & alios citans Sylva Nupr. lib. 2. n. 53. in princ. volu. 6. tractatu diversorum DD. in antiquis.

Decimo octavo ampliat, ut procedat etiam si talis debens petere tutorem esset sexagenarius, & sic, quod possit excusari à tutela: adhuc namque à petendo tutore non excusatur, secundum Curt. quem refert & sequitur Sylva Nupr. ubi supra vers. amplia 3. Imo etiam masculus, seu femina attingens annos septuaginta, & ultra, privatur eo non petendo tutorem, neque excusatur prætextu ætatis, ita Bald. in l. matres, C. ad Tertul. & Ant. Gabriel, d. conclus. 1. de tutel. n. 14.

Decimo nono ampliat, ut procedat, etiam si mater, ut tutrix recte administrat bona pupilli, quia tunc non est legitima gelio, licet bene administraverit, ita Salycetus in d. §. si mater, qui, n. 2. Cod. de legitim. hered. in vers. quæro mater, ex gl. in leg. 2. §. si mater, vers. quid si pater, vers. nec legitime, per text. ubi, incidet, si nec petat, nec legitime tutelam administrat, ff. ad Tert. sequitur plures referens Sylva Nupr. ubi supra in 4. ampliat.

Hoc tamen ampliat, ut intelligit Salycetus, quando ex abrupto ut tutrix administravit. Nam si ei, per iudicem esset decreta administratio, licet in ceteris sciendis esset defectus, excusaretur, cum potius secundum eum sit culpa iudicis, qui satisfationem non exigit, & alia requisita, quam culpa matris iura & alia requisita ignorantis, sequitur Gregorius Lopez, in dicit. leg. 12. in glossa, pierden, vers. addit etiam Salycet. titu. 16. part. 6. & alios allegans Antonius Gabriel, dicit. conclusio. 1. de tutel. n. 23. & 24. ubi n. 23. limitat, 2. in muliere rustica, quæ non potuit consilire peritiores, quia excusatur, licet tutorem non petierit, si modo utiliter administravit, ut tenent Doctores, quos ibi refert, & alii, quos infra citabimus in limit. a. v. n. 10.

Vigesimo ampliat, ut procedat, etiam si mater elapso tali anno intraret monasterium: secus si eo durante ingrederetur. Præposit. post Bald. in c. ex parte, el. 2. colu. 2. de appellat. cum eis Sylva Nupr. ubi supra in 6. ampliat. & Ant. Gabr. ubi supra, n. 19. & 72. ubi ampliat, etiam si efficiatur de tertio ordine.

Vigesimo primo ampliat, ut procedat, etiam si mater, vel consanguineus elapso anno vellet moram purgare, ut Salycet. in dicit. §. si mater, qui, colu. final. n. 70. de legitim. hered. Antonius Gomez, in l. 1. 14. Taur. n. 11. in versicul. sed hic non obstantibus, & Marant. in repetitio. ne dictæ legis, si potest, numer. 234. ff. de acquirenda hereditate, & Sylva Nupr. ubi supra ampliat. 7. Ant. Gabr. d. conclus. 1. de tutel. n. 21.

Ubi num. 22. videtur hoc limitare, quando res est integra, nempe, quod filio non sit provisum de tutore, ut fuit opinio Speculatoris, in titulo de tutor. s. nunc dicendum, vers. quid si mater, numer. 8. Alexand. in 2. postil. ad Bartol. in dicit. leg. sciatur, Bald. consil. 424. num. 3. volum. 5. Speculator tamen ubi supra, loquitur in matre, quæ assumpta tutela filii sui tranxit ad secundas nuptias, & sic privata fuit tutela successione, & domiño, & postea effecta vidua, volebat tutelam reassumere, quod possit hoc facere, si res est integra, nempe, quia pupillo non sit provisum de tutore, alias secus, per legem finalem, Cod. de repud. hered. & Baldus, ubi supra loquitur in matre, quæ infra annum moram purgavit, nec agit, an res sit integra, nec ne: ideo non facit pro limitatione prædicta, quæ infra annum nulli dubium, quin possit petere tutorem filius impuberibus impune, led eam probant expresse additio Bartol. ubi supra, lura E. in prima, idem dicens, si mater stetit per annum, quod non petit tutorem, scilicet re integra, quia pupillo non esset provisum de tutore, & Antonius Gabriel, ubi supra, estque benigna, & favorabilis hæc opinio, atque etiam vera, dum modo jus pupilli non esset factum deterius, quia tunc licita est moræ purgatio, juxta late nobis tradita, & resoluta in nostro tractatu de juramento confirmat. 3. par. 6. 17. num. 5. cum leg.

Vigesimo secundo ampliat, ut procedat, etiam si tutor in testamento matris filiorum tutrici relicta reliquerit liberationem ab administratione: adhuc namque si mater infra annum tutorem filii non petierit, privatur eorum successione, si nec ipsam tutelam testamentariam acceptasset, ut cum aliis tenet Sylva Nupr. ubi supra, dicit. num. 53. in 10. ampliatione. Quæ sententia eo potest mirari fundamento, quod petitio tutoris, ad quam tenetur mater, est in favorem ipsorum, ut patet. Huic ergo juri, & favori eorum pater præjudicare non potest, nec facere, quia leges locum habeant in suo testamento, per iura vulgaria.

Vigesimo tertio ampliat, ut etiam si statutum prægat minus tempus anno juris ad petendum tutorem, elapso illo tempore perdat successione, & legitimam, ut cum Andrea Barbat. tenet Sylva Nupr. ubi supra, num. 53. in 11. ampliatione. Sed hoc verum intelligo de statuto valido ad derogandum juri communi, annum ad hoc præfigente, vel etiam quoad hereditatem, quæ est forma statuti, eidem obvenerit.

Poterit etiam causa cognita, si iste annus abbreviari per iudicem, si pupillo multum interit, Balauz in leg. matres, C. ad Tertullianum, Gregor. Lopez, in d. l. 12. in gl. no piden guardador. paulo post princip. ibi, poterit causa cognita, Sylva Nupr. ubi supra, in 6. limit. ad fin.

Vigesimo quarto ampliat, ut propter prædictam negligentiam privetur etiam mater, & consanguinei, ea hereditate, quæ eis obvenerit ex forma statuti, secundum Bart. per text. ubi, in l. 2. §. si mater, in vers. si forte, ff. ad Tertul. sequitur Gregor. Lopez, in d. l. 12. in gloss. pierden, ad fin. vers. & nota.

Vigesimo quinto ampliat, ut procedat, etiam si successurus pupillo, qui non petit tutorem intra annum, esset clericus. Ita declarat Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vers. sequuntur alii, de constit. quem refert, & sequitur Ant. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 18.

Vigesimo sexto ampliat, ut procedat, etiam si mater fuisset tutrix data in testamento, quia si non petit administrationem sibi decerni, & inventarium fecerit, privatur hereditate, Bartolus consilio 215. quaestione 2. Sylva Nupr. prima parte, numero 53. ampliatione 5. Antonius Gabriel, dicit. conclusio prima de tutel. numer. 27. Neque t obstat opinio Joann. Baptist. Ferrer. consil. 312. numer. 4. in secunda parte, tenentis, quod mater tutrix testa-

testamentaria non tenetur facere inventarium, nec probare solennia, de quibus in authent. matris & avie, Cod. quando mul. tutor. offic. iung. ubi, quæ loquitur in tutela legitima, non vero in testamentaria, quia ipsa mater censetur approbata a testatore marito suo; quia licet vera sit ejus opinio quoad renunciationem, de quibus in dicta authent. matris & avie, ut late resolvimus supra, a. n. p. 1. §. de matre & avia tutrici relicta, versicul. nunc videndum est, num. 39. At tamen quod mater tutrix testamentaria relicta à marito, non tenetur facere inventarium, verum non credo, & praxis probat contrarium in tutore testamentario, ut late probabimus infra, in 2. part. cap. 1. num. 12. & 16. & Boer. decision. 15. num. 15. allegatus per Ferrer. ubi supra, pro sua opinione loquitur, quando testator decrevit administrationem, ut propria auctoritate possit administrare, Patet tamen Guid. Pap. decisione 330. quem etiam citat pro se Ferrer. ubi supra, loquitur generaliter in quocunque tutore, quod de stylo curiarum hoc non servatur, quia tolerantur gesta tutorum in iudiciis, & extra, pro contra pupillos, postea, quod non consistit de consuetudine inventarii, sed hoc est contra jus commune, & horum regnorum & praxin ipsorum.

Vigesimo septimo ampliat, ut etiam mulier rustica non excusatur, quæ non consulit peritiores, etiam si non potuerit illos consilire, vel unum consulerit, nisi saltem utiliter administravit bona pupilli, ut supra est dictum, tenet etiam Anton. Gabr. ubi supra, num. 23. ubi num. 29. limitat, si non consulit peritiores, quia multum distat à civitatibus, vel locis, ubi erant peritiores, ut per Socin. consil. 39. vol. 1.

Non vero dispositio, si dicitur l. sciatur, qui, C. de legit. hered. & nolstra l. 12. tit. 16. part. 6. & similia declaratur, primo ut procedat, & intelligatur, quando pupillus moritur, & deedit impubes, ut patet ex dict. leg. sciatur, ubi, si impubes moritur, & in dicta l. 12. ibi, pierden el derecho que aman de heredar en los bienes del herfano: secus si factus impubes moriatur filius, filiave, text. est expressus, in leg. matres, C. ad Tertul. cujus verba sunt hæc: matres, quæ puberes amiserunt filios, licet impuberibus eis tutores non petierint, præscriptione non petiti tutores ad excludendam eorum successione, minime debere præscribi, certum est, & ibi communiter Dd. gloss. 1. in dicta leg. sciatur, & ibi communiter Dd. refert plures idem sequentes Sylva Nupr. dicto libr. 2. num. 53. in 7. limitat. & Marant. in repe. dictæ leg. si potest, num. 239. ff. de acquirenda hered. Anton. Gabr. d. concl. 1. de tutel. num. 45. & Anton. Gomez, in l. 14. Taur. num. 18. ver. item etiam limita.

Hoc autem limitandum videtur, ut procedat pro statu dum durat tutela, usque ad 18. annum, quia tunc, etiam si filius decessat post 14. annum, infra 18. privatur mater successione ejus, ob non petendum tutorem infra annum, secundum Pet. Acharianum in cap. Canonum statuta, vers. sic, quæro etiam si statuto de constit. Joann. Crat. in leg. omnes populi, ff. de iust. & jur. Brunus in tract. quod sunt mascul. quæ 3. prout eos refert & sequitur Gabr. conclus. 1. de tutel. num. 16. licet contrarium sentiant Baldus, in l. matres, in fin. C. ad Tertul. & Barbat. ibi in Apollin. prout etiam non excusatur, quando tempus tutelæ duravit minori tempore, secundum Sylvam Nap. d. num. 53. in 11. ampliat. quem sequitur Gabr. ubi supra, num. 17.

Secundo principaliter limitatur eadem decisio, ut procedat, dummodo pupillus moriatur post annum à tempore, quo indiguit tutore: secus est si moriatur infra annum, quia non privatur mater, aut alius agnatus ejus successione. Cum enim à dict. leg. sciatur, detur annus integer ad petendum tutorem, si pupillus moriatur infra illum annum, non dicitur esse in mora mater, & ideo non privatur hereditate, ita tenet Alex. in l. si decesserit, col.

fin. ff. qui satisd. cogant. ubi attestatur, hanc esse magis communem opinionem, sequitur Angel. loquens etiam in aliis agnatis, consil. 166. ff. testator, col. fin. & Bald. consil. 288. volum. 2. dicens, quod ita communiter observatur, & consil. 282. volum. 1. & consil. 279. volum. 2. quos ad hoc refert & sequitur Marant. in repe. dictæ leg. si potest, num. 23. sequitur alios allegans Anton. Gabriel ubi supra, num. 46. & Sylva Nupr. etiam ubi supra, in 6. limitat. addens, quod si intra annum res pupilli dilapidaretur, tunc intra annum teneretur petere ex Paulo, in leg. 2. ff. ad Tertullianum, & Corneius in dicit. leg. sciatur, omnino laudat, ut petant, quam primum possunt.

Est tamen textus qui videtur expressus contra hanc secundam limitationem, in leg. 2. §. si mater, vers. confessum ff. ad Tertullianum, ubi dicitur, confessum autem si erit accipiendum, ubi primum potuit, id est, pratoris copiam habuit hinc rei sedens. Ergo non datur annus ad petendum tutorem, sed statim quamprimum potuit mater vel agnatus, est petendus: alias si sit in mora etiam intra annum, privatur successione pupilli. Et ita tenet Bartolus, d. §. confessum, dicens, quod ille §. refertur ad omnes §§. præcedentes, & sic comprehendit petitionem tutoris, nempe, ut intra annum peti debeat confessum, ubi primum potuit, & sic quod d. lex sciatur, C. de legit. heredibus, intelligatur juxta dict. §. confessum, quasi hæc sit lex, ad quam se referat, d. l. sciatur, ubi, secundum legem.

Nihilominus tamen communis sententia præfata, & sic limitatio nostra hæc secunda est tenenda, quia vera est, & procedit ex dict. leg. sciatur, & Bartoli contrarium reprobat communiter Doctores, ut patet ex supra dictis, & contra eum cum nostra limitatione tenet etiam alios allegans Teller Fernandez in leg. 6. Tauri, num. 38. Neq; obstat verba d. l. sciatur, ubi, secundum legem, quia statim addit intra annum, & late Paulus de Castro, consil. 147. per totum, volum. 1. ubi, quod præfata opinio Bartoli tanquam nimis rigida & inhumana, & inducens alterationes & dubitationes, non est amplectenda, sed altera Bald. & Angel. cum sit magis congrua textibus, & acquiritur. Idem Paulus in l. cum stipulatus sum mihi Proculo, n. 6. ff. de verborum obligatione. Eandem sententiam communem contra Baldum, sequitur etiam Nicolaus de Ubaldo, de successione intestat. 2. part. num. 16. ubi ampliat etiam si ultimo die anni decesserit pupillus, & inquit Baldus consilio 288. sub numer. 1. volumine 2. esse communem opinionem, & quodammodo vulgarem, quod mater debeat habere annum, & quod ita communiter prædicatur.

Difficultas hæc adest in responsione ad d. §. confessum, & 80 Dd. quidem respondent textum illum procedere jure antiquo, dicit vero leg. sciatur, de iure novo, quo in hoc corrigitur jus illud vetus, itaque in petendo tutore mater, vel agnatus successurus primo loco pupillo habeat annum, ut in dicta leg. sciatur, & ibi communiter Doctores. Ita intelligitur d. §. confessum ut proficitur alios allegans O. Clavian. Cacheran, decisione Pedemon. 58. num. 6. Verior tamen & planior intellectus ad d. §. confessum, est, ut non referatur ad omnes §§. præcedentes, sed quod tantum loquatur, quoties tutor removeretur, ut patet primo ex littera ejusdem, §. si mater, in princ. ubi huius apposta prima dictio illa, confessum. Inquit enim, si mater non petierit tutores idoneos filius suis, vel prioribus excusatis relictis non confessum filiorum nomina ediderit, sui non habet venditorum sibi bonorum intestatorum filiorum. Idem dicitur inferius in versiculo, sed & si prioribus. Observa namque, quod dictio illa, confessum, non fuit apposta petitioni primi tutoris hodie: Sed cum prioribus jam petitis, excusatis vel relictis, aliorum nomina non eduntur, tunc namque in hoc secundo casu exponit dictum §. confessum, postea sequentem.

Confestim autem sic erit accipiendum, ubi primus potuit, id est pratoris copia habuit, huic rei sedentis nisi forte in firmitate impedita, vel alia magna causa, quae est dictio, confestim, refertur, cum sit expositio ejusdem dictionis precedentis, non vero ad ceteros §§. antecedentes, & postquam hunc intellectum scripsissem, inveni cum prius assignatum a Salycet. in dicta leg. sciam, num. 6. ad fin.

Secundo idem proba, quia d. §. confestim, non refertur ad §. quod si praegnans, precedentem, cujus dispositio non tollitur, etiam si partus nascatur, & intra annum pereat, ut ex aliis probat d. decisio Pedemont. 58. num. 29. Siq. tutor in hac specie debet peti intra annum. Est communis, ut praediximus, & affirmat Angel. in §. sed quemadmodum, num. 3. Infit. ad Tertull. Quinimo hodie idem est in petendo tutore in locum remoti vel excusati, ut patet ex dicto §. penult. Infit. ad Tertull. ubi, sciturus est, quod si tutores liberi non petierint, vel in locum remoti, vel excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum mortuum susceptione, merito repellentur.

Super est igitur, ut nostra secunda limitatio procul dubio sit tenenda: ex quo plane deducitur, quod agens ad exclusionem matris, a susceptione pupilli, debeat non solum probare, filium impuberem mortuum, & tutorem non petiit: sed etiam quod filius supervixit matri post annum, & intra annum non fuisse petiit tutorem, ita Alexand. consilio 185. num. 10. volum. 8. post Baldum, consilio 289. volum. 1. prorsus eos refert & sequitur eadem decisio Pedemont. 58. num. 8. & constat ex Gabriel. d. concl. 1. de tutel. num. 30. §. 32.

Hanc tamen limitationem veram intelligant non nulli, praeterquam si mater se nimium arctaverit in fine anni ad petendum tutorem, & pupillus facit mortuum in fine anni, de quo anno supererat pauci dies, infra quos verisimiliter non potuisset peti & decerni tutela: alias secus: tunc namque privatur susceptione, ac si post annum mortuus esset. Ita tenet Paulus de Castr. in leg. non omnis, in prin. num. 10. ff. si eeri. petat. & in l. si decesserit, num. 8. ff. qui sus. dar. cogant. & consilio 147. postpositis, & c. volum. final. i. parte consilio. & Alexand. in l. cum stipulatus sim mihi Proculo, num. 11. ff. de verborum obligatione. Marant. in d. l. se potest, num. 233. & alios allegans Ant. Gabr. ubi supra, sub 6. limit. & prius, num. 47.

Sed verius videtur, ut etiam in hac specie mater non privetur susceptione filii, nisi filius moriatur post lapsum totius anni, ut tenet idem Paul. in d. leg. cum stipulatus sim mihi, num. 6. dicens, quod ista pars humanior sibi videtur, & quod est mente tenendum perpetuo, quia hoc quotidianum est & de pane lucrando, idem tenet Alex. in d. l. si decesserit, num. 1. quos refert & sequitur, duobusque fundamentis comprobatur a Non Gomez. in leg. 14. Tauri, num. 19. ad fin. idem in 2. tom. variar. resolut. cap. 11. nu.

31. quae sententia ex altera communi & comprobatur, quae habet, ut non prius mater excludatur, quae sit transactus integer annus, in quo tutor petitus non fuit a matre, secundum Odofr. in d. l. sciant, & clarior Angel. ibi, Pau. de Castr. & Salyc. ver. sequitur in text. Corn. in versis. nota, quod ad hoc, ubi quod ista est tenenda, quia humanior, & eam probat Tellus Fern. in d. l. 6. Taur. num. 38. ubi quod sufficit, quod ultima die anni petat, eamque sequitur, & communem proficitur plures allegans Anton. Gabr. d. concl. 1. de tut. in 33. juncto n. 36. ex quo in num. in terminis constat, & videtur idem tenendum in specie, de qua agimus, scilicet, quod parum de anno superest, & mater se arctavit ad petendum tutorem in fine anni,

si quidem adhuc in hoc casu, d. num. 36. inquit, tenendam communem praedictam sententiam: Limitatur, nisi annus fuisset restrictus pro iudicem, secundum Nicol. de O. bald. de susceptione ab intestat. in 2. part. in 3. limitatione. Quod verum credo ex causa, fallas secus, eadem opinioniones contrarias iterum refert ipse Antonius Gabriel, numero 47.

Et ideo si mater fuisset intra annum citata, ut peteret tutorem pupillo perlicitanti, & id facere neglexisset, tunc etiam si intra annum moriatur pupillus, privatur ejus susceptione mater, secundum Bald. in l. precibus, col. 6. ver. item dixi confestim, & c. de impub. & alius, quem refert & sequitur Marant. in d. l. si potest, num. 233.

Tertio limitatur principaliter conclusio & nostrae l. Regiz 12. cum similibus, nisi mater petiisset tutorem pupillo petenti & consentienti. Nam licet debuisset petere tutorem, & attamen per d. petitionem curatilis excusatur, ut non puniatur, ita tenet Marant. ubi supra, n. 236.

Curatorem tamen mater, nec consanguinei tenentur petere pupilli, sed solum pupillo, quando tutor est impeditus. leg. 1. & 2. ff. qui pot. sus. junctim l. curator, & l. in omnem ff. de tut. & curat. dat. ab his, & l. matris, C. qui pet. ut. Malin. Theol. de justit. & jur. 1. part. tract. diffinit. 220. col. 1261. in fin. & in prin. seq.

Quarto limitatur, ut non procedat, si mater misisset procuratorem ad petendum tutorem filio suo, qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter ejus mortem fuit retardata petitio tutoris: Tunc namque non privatur susceptione, ex quo per eam non fecit, ut in l. cum a matribus, C. qui petant. tut. nota gloss. in l. praes. C. de appellat. tenet Marant. ubi supra, numer. 237. ex qualibet constat, & probatur, quod tam mater, quam alii postquam praedictum tutorem petere per procuratorem, sibi nota Angel.

Observandum tamen est in proposito, quod mater & alii susceptionem pupilli sperantes, tenentur suis sumptibus ad hoc onus petendi tutorem. l. suo vitium, de oper. liber. Bald. num. 4. & Bart. in l. in utraque, lectura, C. de negot. gest. in leg. Ne fennius, ff. eodem tit. ubi hoc declarat, ut intelligatur de expensis factis circa personam matris, quia non tenetur ad alias expensas, veluti inducendo filium ad civitatem, ubi ei daretur tutor, & simul. Pet. Surd. de aliment. tit. 1. §. quae 8. d. num. 86. §. 1. Et licet loquatur de matre, ejus ratio concludit in aliis, qui similiter ad hoc tenentur, ut declarat a Greg. Lopez. in d. leg. 12. in gloss. Nopiden guarador. paulo post princip. ubi adverte etiam: Et generale quidem est, quod tutor non possit imputare pupillo expensas, quas fecit in eundo ad civitatem, ad acceptandam tutelam munus, quoniam iure cogente id facit, & ex officii natura, ut tradunt Barto. Alberic. & Bald. in d. leg. Ne fennius, ff. de negot. gest. & Doct. in leg. 1. eod. tit. prout eos refert & sequitur Baec. de decim. tut. cap. 21. num. 27. Evita videtur tenendum, tamen si Petr. Surd. ubi supra, num. 92. cum sequentibus, contrarium ejus quod diximus in prin. hujus num. 89. probare nitatur, qui num. 89. cum sequentibus agit, an mater repetat expensas, quas fecit in accusando tutorem suspectum.

Quinto principaliter limitatur & conclusio nostrae l. 12. cum similibus, in matre minore 25. annorum, quia licet tutorem non petierit, non privatur susceptione pupilli, text. expressus in leg. 2. C. si advers. delicti. cujus verba sunt haec: licet in delictis atque neminem excusari constet, matri tamen, quae filium tutorem atque lubrico lapsa non petiit, eorum minima denegari susceptionem convenit, cum hoc in majoribus matribus tantum obviaret, ubi gloss. fin. verb. obviaret, inquit, intra annum, & quod si tutorem matres minores ipso jure, & sibi etiam Doctores, L. de vic. Roman. consilio 279. vixit etiam narratione, & c. Philipp. Cornem. consilio 40. circa hanc columnam. 2. volum. 3. & consilio 204. pro de susceptione. libr. 4. Anton. Gomez. in l. 14. Tauri, num. 18. Odofr.

84. Et procedit etiam, si mater postea efficiatur maior, nam durabit excusatio, ut cum communi Dd. sententia refolvit Greg. Lopez, in d. l. 12. in gl. pierdem. Difficultas tamen in eo versatur, si an praedicta limitatio procedat solum, quando mater post annum, in quo alias debet petere filio tutorem, efficiatur maior, vel etiam si intra annum, eoque durante maior fiat? Sunt namque in hoc articulo durae & contrariae opiniones Doctorum.

Prima habet, quod licet mater minor non teneatur petere tutorem, & si non petat intra annum, non cadat a iure succedendi, nec susceptione filii privetur, ut praediximus, tamen cum facta est maior intra annum, debet petere, quia privilegium, quod fuit concessum aetati minori matris, non debet durare ultra illam aetatem, cum cessante causa privilegii cesset privilegium, l. Tertia Scio, §. si furas, ff. de leg. 2.

Deinde & secundo hoc probatur ratione. Nam onus petendi tutorem habet causam continuam, quousque filii sunt in pupillari aetate: Licet ergo mater excusetur, quia erat minor tempore mortis testatoris eius mariti, & si intra annum a die mortis testatoris, & per totum illum annum fuerit minor. Verum tamen si postea est maior, & filii sunt adhuc impuberes, videtur, quod debeat petere tutorem, quoniam est intra annum a die mortis testatoris, & si est maior, intra annum tenetur. Praeterea cum mater intra annum teneatur petere tutorem filii suis in puberibus, ut habet regula nostra, quam declaramus, & haec verba, intra annum, sunt generalia, & verificantur in qualibet parte anni, si vel in principio, si vel in fine, si vel in medio: Ergo si in fine anni non petit tutorem incidit in constitutionem, cum verum sit, intra annum non petiisse; Facit etiam d. l. 2. C. si advers. delicti. ubi cum hoc in maioribus matribus tantum obviaret. Sed ista est maior tempore, quo petere potuit: Ergo in ea locum habet. Item mater, quae filium tutorem lubrico aetatis lapsa non petiit, excusatur, ut in d. l. 2. Ergo hoc intelligitur durante minori aetate, quia qualitas adjecta verbo, debet regulari secundum tempus verbi, l. in delictis, §. si extr. aneas, ff. de noxali. l. Titio, ff. de milit. testam. Cum igitur pervenerit ad maiorem aetatem, cessat iam privilegium, & tutorem petere tenetur, cum sit maior, & maior ad id teneatur, ut in d. l. 2.

Tertio eadem opinio alitruerit ex eo, quod pupillus quotidie novam lesionem incurere potest. si sibi de tutore non provideatur, sed in his, quae tempore variantur, singula temporis momenta inspicenda sunt, l. cum in annos, ff. quando dies leg. ced.

Quarto, quia licet non petiisset tutorem, saltem ipsa tutelam suscipere debeat facta maior, ut omnino filii suis pupillis consuleret, & sic satisfaceret muniti constitutionis, utrumque omisit ergo propter negligentiam incidit in poenam praedictae constitutionis.

Et in terminis hanc partem tenent, & probant atque teneant Oldradus & Paulus de Castr. in leg. minoribus, C. de his, quibus ut indigni, & ibi Angel. idem Angel. in leg. sicuti, §. fin. ff. de offic. praesid. ubi distinguit & declarat, ut si mater elapso anno efficiatur maior, excusetur, si tamen intra annum ad hoc datum efficeretur maior, tunc non excusatur, ex quo delictum negligentiae non erat consummatum, & ita tenet in hac secunda parte, prima opinio nem supra fundatam, cuius distinctio certe aequa videtur, secundum Greg. Lopez, in d. l. 12. in gl. pierdem. in vers. similia tamen & intelligi.

Contrariam tamen sententiam, imo quod mater,

Odofr. & alii plures relati per Ant. Gabr. d. conclus. 1. de tutel. n. 49. post Sylvan. Nup. ubi sup. num. 53. limitat. 9. & Marant. in rep. l. 2. potest, n. 237. in 4. limit. ff. de acq. hered. itaque est sententia verissima, ut lege expresse decisa, & tenent Dd. omnes, in l. matres, C. ad Tertull. secund. Mar. Soc. Jun. consilio 8. n. 14. vol. 1.

81. Et procedit etiam, si mater postea efficiatur maior, nam durabit excusatio, ut cum communi Dd. sententia refolvit Greg. Lopez, in d. l. 12. in gl. pierdem.

82. Difficultas tamen in eo versatur, si an praedicta limitatio procedat solum, quando mater post annum, in quo alias debet petere filio tutorem, efficiatur maior, vel etiam si intra annum, eoque durante maior fiat? Sunt namque in hoc articulo durae & contrariae opiniones Doctorum.

Prima habet, quod licet mater minor non teneatur petere tutorem, & si non petat intra annum, non cadat a iure succedendi, nec susceptione filii privetur, ut praediximus, tamen cum facta est maior intra annum, debet petere, quia privilegium, quod fuit concessum aetati minori matris, non debet durare ultra illam aetatem, cum cessante causa privilegii cesset privilegium, l. Tertia Scio, §. si furas, ff. de leg. 2.

Deinde & secundo hoc probatur ratione. Nam onus petendi tutorem habet causam continuam, quousque filii sunt in pupillari aetate: Licet ergo mater excusetur, quia erat minor tempore mortis testatoris eius mariti, & si intra annum a die mortis testatoris, & per totum illum annum fuerit minor. Verum tamen si postea est maior, & filii sunt adhuc impuberes, videtur, quod debeat petere tutorem, quoniam est intra annum a die mortis testatoris, & si est maior, intra annum tenetur. Praeterea cum mater intra annum teneatur petere tutorem filii suis in puberibus, ut habet regula nostra, quam declaramus, & haec verba, intra annum, sunt generalia, & verificantur in qualibet parte anni, si vel in principio, si vel in fine, si vel in medio: Ergo si in fine anni non petit tutorem incidit in constitutionem, cum verum sit, intra annum non petiisse; Facit etiam d. l. 2. C. si advers. delicti. ubi cum hoc in maioribus matribus tantum obviaret. Sed ista est maior tempore, quo petere potuit: Ergo in ea locum habet. Item mater, quae filium tutorem lubrico aetatis lapsa non petiit, excusatur, ut in d. l. 2. Ergo hoc intelligitur durante minori aetate, quia qualitas adjecta verbo, debet regulari secundum tempus verbi, l. in delictis, §. si extr. aneas, ff. de noxali. l. Titio, ff. de milit. testam. Cum igitur pervenerit ad maiorem aetatem, cessat iam privilegium, & tutorem petere tenetur, cum sit maior, & maior ad id teneatur, ut in d. l. 2.

Tertio eadem opinio alitruerit ex eo, quod pupillus quotidie novam lesionem incurere potest. si sibi de tutore non provideatur, sed in his, quae tempore variantur, singula temporis momenta inspicenda sunt, l. cum in annos, ff. quando dies leg. ced.

Quarto, quia licet non petiisset tutorem, saltem ipsa tutelam suscipere debeat facta maior, ut omnino filii suis pupillis consuleret, & sic satisfaceret muniti constitutionis, utrumque omisit ergo propter negligentiam incidit in poenam praedictae constitutionis.

Et in terminis hanc partem tenent, & probant atque teneant Oldradus & Paulus de Castr. in leg. minoribus, C. de his, quibus ut indigni, & ibi Angel. idem Angel. in leg. sicuti, §. fin. ff. de offic. praesid. ubi distinguit & declarat, ut si mater elapso anno efficiatur maior, excusetur, si tamen intra annum ad hoc datum efficeretur maior, tunc non excusatur, ex quo delictum negligentiae non erat consummatum, & ita tenet in hac secunda parte, prima opinio nem supra fundatam, cuius distinctio certe aequa videtur, secundum Greg. Lopez, in d. l. 12. in gl. pierdem. in vers. similia tamen & intelligi.

Contrariam tamen sententiam, imo quod mater,

effecta maior intra annum a morte mariti sui non petens tutorem filii suis, postquam est maior, non privetur susceptione filiorum suorum; tenet Specul. in tit. de rest. an integre §. 1. n. 16. dicens esse verius, quia initium est spectandum, ut in scribis sibi per eum allegatis.

Quae sententia comprobatur ex glo. & communiter approbata, in d. l. minoribus, C. de his, quibus ut indigni, verb. respondet, in versis. sed quid si, ubi cum lex illa decidat, quod minoribus 25. annis, hereditibus non obstrictim inultu mortis, quae ritio, quid si tempore adit hereditatis minores fuerunt, nunc autem conveniunt, ex appellatione sunt maiores, vel statim post aditionem facti sunt maiores, nunquid tenebuntur accusare? Et responderet, quod non, quasi initium sit expectandum, ut in l. 3. §. scio, ff. de minor. & ideo non amittunt beneficium, quod debet esse perpetuum, ut in auct. consil. quae de digni §. illud quod, collat. o. quam gl. sententiam sequitur communiter Dd. ibi reprobat opinio Petri & Cyn. rest. 1a ubi n. 7. communem quoque alios allegans profitetur Marant. Soc. Jun. consilio 8. n. 15. vol. 1.

Secundo facta, quia non est verum, quod mater cessaverit per annum a morte mariti, sed tantum per aliquot menses, postquam est effecta maior, & hoc non debet sibi nocere, cum requiratur cessatio per annum, & haec non fit cessatio per annum, sed per partem anni, & in pœnalibus & privationibus stricta sit interpretatio, ut minus contineant, in par. ff. de regl. iur. & leg. cum quidam, ff. de lib. & posthum. Poena igitur appolita contra negligentem per annum, non debet habere locum in negligente per partem anni, cum non sit tam longa negligentia, & consequenter non fit eadem ratio. Ergo non potest eadem dispositio locum habere, leg. 4. Titio, ff. de verborum obligat.

Et ita merito opinionem hanc secundum Speculat. tenet & iure comprobatur Bald. in auct. scapivi, C. de Episcop. & clerici, dicens, se ita saepe consuluisse, & est in n. 5. & in l. 2. ad fin. C. si advers. delicti. & in l. precibus, volum. 4. versis. quid ergo si tempore primo, num. 17. C. de impub. & alius subit, ubi eam dicit communiorum, & est communior haec opinio secundum Italiam d. l. minoribus, quae eam sequitur. Eandem etiam sequitur & communem atque communiorum proficitur Cur. Lun. d. consilio 8. n. 15, & Hieron. Gratus, consilio 82. n. 7. cum seq. ubi respondet fundamentis contrariis, supra citatis. Idem refert Grego. Lopez, ubi supra & sequitur Marant. in repes. dicta leg. 1. per 68. n. 237. versis. 4. limit. ubi ampliat, etiam si per triiduum post efficiatur maior. Eandem sententiam communem proficitur, & eam sequitur Ant. Gabr. in d. conclus. 1. de tutel. n. 51. dicens, quod etiam si transacto anno mater maior efficiatur, & postquam maior fuerit, non petierit tutorem per annum, non privatur susceptione pupilli: plerique tamen Doctores, quos citat, non loquuntur in hac specie, sed in priori supradictae. communis sententiae principalis: nempe quando mater minor efficiatur maior, intra annum a morte mariti, & non petiit tutorem filii impuberibus, postquam est maior.

Quid tenendum? Ego rem hanc ita verissime resolvendam censeo, distinguendo scilicet tres casus. Primus est, cum mater minor efficiatur maior 25. annorum, infra annum mortis mariti, durante pupillari aetate filiorum suorum, quo casu statim, quod complerit minor aetatem, incipit sibi currere annus ad petendum tutorem filii impuberibus. à iure concessus ut si durante eadem pupillari aetate filiorum, non petierit eis tutorem dari cum effecta intra annum, & ipsi decedant impuberes post illum annum integrum decursum, post maiorem aetatem matris, ipsa privetur eorum susceptione, quia maioribus currit hic annus, ut in d. l. 2. C. si advers. delicti, junctim a dispositio, d. l. sciant, qui, & l. 2. §. si mater, ff. ad Tert. & nostrae l. 12. tit. 16. p. 6. & in term. ex d. jur. ita tenet Bald.

Bald.

Bald. Novell. in tract. de dote, 1. parte prin. privel. 1. n. 14. ad fin. ibi, & maxime post annum a die, quo mater est facta maior, non excusatur a d. pena perditionis successione, per illum text. ex quo tunc cessavit causa exculationis suae, quod refert & sequitur Sylv. Nupt. libr. 2. n. 33. limit. 9. ibi intelligit tamen, &c. Estque verissima haec sententia meo iudicio ex praedictis iuribus, nec non est textus inevitabilis, in leg. qui contra 4. C. de inest. nupt. ibi, exceptis tam feminis, quam viris, qui aut errore acerrimo non affectato, in simulatione, neque ex vili causa decepti sunt, aut etatis lubrico lapsi, quos tamen (nunc ad rem) ita demum legis nostrae laqueis eximi placuit, si auterore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerit annos, conjunctionem huiusmodi sine ulla procrastinatione diremerint: Ergo ita in proposito, de quo agimus, dicendum iure optimo est, ut tunc demum mater minor effecta major liberetur a pena perditionis successione filiorum impuberum decedentium, si intra annum iuris, postquam ad legitimos annos pervenerit, tutorem tisdem dari petierit, & alios est.

Nec huic sententiae contraria est magis communis opinio supra relata, quae habet, matrem minorem non petentem tutorem filii sui impuberibus, non privari successione eorum, etiam si intra annum fiat maior, ut tenent Spec. Bald. & alii sup. citat. quia quamvis videantur loqui generaliter, intelligi tamen debent necessario, quando praedicta quae erant mater minor tempore mortis mariti, & postea fuit effecta maior, non petiit tutorem filii intra annum, a morte scilicet mariti numerando, quod durante, fuit effecta maior: tunc enim merito, quod successione filiorum non privetur, quia postquam fuit effecta maior, non habuit integrum annum ad petendum tutorem filii, sed illud minus, quod cucurrit durante minore etate ipsius, & sic in hac specie initium est expectandum, in quo annus praedictus non incipit currere propter minorem etatem matris: Et hoc est quod habet & tenent praedicta magis communis sententia cum suis fundamentis, & de vera mente ipsius.

Ceterum cum praedictus annus a iure concessus matri ad petendum tutorem filii sui impuberibus, obtineat in maioribus etate, ut in d. l. 2. C. si adversus delict. tenebitur procul dubio mater infra annum a die, quo ad legitimos etatis annos pervenerit, numerandum tutorem filii sui impuberibus petere sub praedicta pena: quod non negat communis opinio, nec eius auctores negare iuridice possent, si de hoc casu interrogati fuissent. Quinimo ex eis fundamentis virtualiter constat ipsos loqui intra annum a die mortis mariti, non vero a die quo ipsa mater effecta fuit maior, quo casu non inspicitur nec consideratur primum initium, hoc est, tempus minoris etatis, cuius respectu fuit causata excusatio seu immunitas a pena privationis: sed secundum initium, hoc est tempus perfectae iam etatis, a qua incipit currere praefatus annus, ad hoc, ut ipso elapso absque petitione tutoris incidat in penam, ac si intra primum annum non petierit, si temp. mortis mariti esset maior.

Eodem modo intelligendus est Saly. in l. fin. n. 2. C. si adversus delict. dum dicit, quod si mater tempore mortis mariti erat minor, & tractu temporis facta est maior, & postea stetit per annum, quod tutorem non petiit, non incurrit in penam, nempe de anno a morte mariti, & similiter Ant. Gabr. d. conclus. 1. de praebend. n. 51. dum dicit, & hoc procedit, et si si transacto anno efficiatur maior, & postquam maior fuerit, non petierit tutorem per annum, allegans Saly. ubi sup. & ceteros D. tenentes praefatam magis communem sententiam, cum tamen ipsi non ita in specie nuncupant in anno integro elapso post maiorem etatem loquantur, sed ut praediximus. Quare aut de primo anno intelligendus est loqui Ant. Gabr. & si qui sunt alii Doctores eodem modo loquen-

tes, nec erant, aut minus caute & persunctorie loquutos fuisse, necessario fatendum est, cum ratio juris non patitur, ut mater minor 25. annis, quae per annum integrum post minorem etatem completam elapsam, fuerit in hoc negligens, non privetur successione filiorum suorum impuberum decedentium, cessante iam privilegio minoris etatis, tamen Nicol. de Vbald. de success. ab intestat. 2. par. n. 18. versic. quinto limita, contrarium expresse etiam in hac eadem specie tenet.

Secundus casus est in matre, quae tempore mortis mariti erat minor 25. annis, & fuit effecta maior post 25. annos, & tunc procul dubio non privatur eorum successione, etiam si postea non petierit eis tutorem dari, quia iam non sunt impuberis, nec egit tutorem, & quia decedentibus ipsis post pupillarem etatem, cessat & limitatur dispositio praedictarum legum, ut probavimus supra, in 1. limitatione.

Tertius casus, quae quando mater efficitur maior, durante pupillari etate filiorum suorum, & ante annum completum filii impuberis decedunt, non petito sibi tutore a matre, & tunc non privatur ipsa eorum successione, cum nondum effluerit totus & integer annus, & sic non fuerit in mora consummata petendi tutorem, & quia non est verum, quod mulier cessaverit per annum a morte mariti, sed cessavit tantum per aliquos menses illius anni, postquam esset effecta maior, quod non debet sibi nocere, cum requiritur cessatio per annum, ut optime probat cum praedicta communiore sententia, quam in hoc tertio casu intelligit procedere Hieron. Grat. d. respons. 33. n. 7. in fin. cum leg.

Sublimitatur tamen hic tertius casus, quae in matre minore, quae iam devenit ad eam etatem, in qua ex forma statuti haberetur pro maiore 15. annis ut est Florentiae, ubi habetur, quod mulier quae excedit 18. annum, habeatur pro maiore 25. annis. Haec namque non excusatur, ut fuit consultum, quia valet huiusmodi statutum, secundum Saly. in l. 2. C. de his, qui veniant ad impet. & quia quoad istam penam maior 25. annis, reputatur, quae excedit 18. annum, & statum recipit interpretationem secundum iura communia, ita tenet Dec. in cap. ex parte, & secundo, col. fin. in vers. quid autem si mulier, de appellat. quem sequitur Ant. Gabr. d. conclus. 1. de tutel. n. 53.

Sublimitatur & secundo in masculo quae minor, quia propter etatem non excusatur ipso iure, sicut excusatur mater minor: cui l. fin. C. si adversus delict. dicit, hoc esse speciale in matre, quia femina, sed nihilominus masculus minor ope restitutionis in integrum iuvabitur, ut a pena liberetur, mater autem minor ipso iure excusatur, & in hoc privilegiatur, ita Saly. in d. l. sciant, in prin. n. 1. in ver. sed quid si masculo minore, C. de legi. here. quem refert Ant. Gabr. ubi sup. n. 54.

Ego vero non video rationem differentiae probabilis in hac specie inter feminam & masculum minores 25. annis, cum hac indulgentia & excusatio a iura concedatur ob lubricum etatis, non vero favore matris, quae lubricum etatis ita reperitur in masculo minore, sicut in femina, quinimo in feminis acceleratius festinat rationis usus, quam in masculis, ut ex bonis auctoribus probavimus in repet. auct. sacramenta puerum, n. 2. C. si adversus vend. denique contra praefatam differentiam facit optime, l. fin. C. in quibus causis, in integ. restit. non. est. necess. ubi indistincte in quibusque; minoribus deciditur, quod in omnibus casibus, in quibus vetera iura currere quidem temporales praescriptiones adversus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebatur, eas ipso iure non currere; melius etenim est intacta eorum iura servari, quam post causam vulneratam remedium quaerere, exceptis praescriptionibus 30. vel 40. annorum, quae in suo statu remanent, concordat.

cordat. g. titu. 39. part. 6. Unde verius esse censio, atque tenendum contra hanc secundam sublimitationem, imo quod masculus minor 25. annis, ita excusetur ipso iure ab hac pena privationis successione, sicut mater minor ob non petitum tutorem pupillis intra annum, ex identitate rationis, ut in terminis voluit Speculat. ubi sup. & expresse Fulg. consil. 52. quos refert & cum eis i. anst. Anton. Gabr. ubi sup. d. conclus. 1. de tut. num. 55.

Sexta & principalis limitatio notatur per l. Regiae 12. tit. 16. part. 6. cum similibus assignatur a quibusdam, nempe, quando exstant consanguinei, quibus legitima tutela deferretur: tunc namque mater secundum eos non tenetur petere tutorem datum pupillo, ex quo legitimus praeteritur eidem dativo. Unde sequitur, quod si pater moriatur relicto duobus filiis, uno pupillo, & altero maiore 25. annis, mater non tenetur petere tutorem filio pupillo, ex quo ipso iure frater est eius legitimus tutor. Et idem quando essent alii consanguinei successione pupilli sperantes. Ita tenet gl. in leg. matris, C. ad Senatusconsultum Tertull. ubi, item si filius habere et alium tutorem putat legitimus, & Soc. consil. 153. col. fin. volum. 2. nec non & Socin. nepos loquens in avia, ut ipsa non privetur successione nepotis, propter non petitum tutorem, quia ipse nepos habebat patruos. Nanaque enim mater aut avia privatur successione filii impuberis morientis, & si tutorem non petierit: nisi quando pupillus caruerit tutore testamentario vel legitimo, ut constat ex l. par. nostrae l. Reg. 12. tit. 16. part. 6. Ergo quavis horum existentium in potentia, mater nec avia non petentes tutorem, non privatur successione. Quis igitur petendi tutorem secundum Socin. ibi solum versatur, quando tantum est locus tutelae dativae, l. 2. ff. qui per. tut. Accedat altera & secunda ratio. Lex namque idem oneravit matrem, & alios ascendentes petea de tutorem, ne pupilli, eorumque bona deserta essent defensione, sed quamdiu hoc provifum est ex lege, quia vel fuit datus tutor in testamento, vel adest persona, cuius defertur legitimam tutelam, cessat illa necessitas, & non petendi tutorem, ut in d. l. 2. ff. qui per. tut. & in l. 2. §. si illud, C. quando mul. tut. off. fung. poss. ibi tunc demum mulier tutela petenda ius habeat, cum tutor testamentarius vel legitimus defuerit: sed stantibus patris, vel alius personis, quibus deferretur tutela legitima, mater vel avia liberae sunt. Ergo Soc. Et ita refidet cum hac opin. Socin. nepos, ubi supra, dicens etiam eam tenuisse ejus avum. Marian. Socin. consil. 20. vol. 1. n. 8. concludit, quod etiam stante matre vel avia, hodie dicuntur legitimi tutores, qui de jure erant anteauth. matri & avia, C. quando mul. tut. officio fung. poss. Ergo si sunt legitimi tutores, mater non tenetur petere, & sic non privatur successione, si non petierit, cum mater & avia ita demum efficiantur tutrices, si voluerint. Ergo ante suam hanc de declarationem, aliter dicitur legitimus tutor, & per consequens nulla est incidenda privatio in matre, tuncque demum mater tenetur dare filio suo istos administratores, si legitimi non adfuerint, secundum Bartol. consil. 22. homo a Curis, numer. 5. sed ubi adest patruus, est legitimus. Ergo non patitur mater penam d. l. sciant, cum similib. Haez Socin. ubi supra.

Haez tamen sexta limitatio notatur non est, nec tenenda, sed potius contrarium, imo quod mater vel avia non liberentur a pena privationis successione, etiam si defunctus & pupillus, legitimos habeat consanguineos, quibus tutela & hereditas deferretur, ipsa subdita de medio, nisi mater publica apud acta renuntiet tutela, vel alii juris impedimento, puta minoris etatis, & similibus, quod non possint esse tutrices, ut probat late Petr. Ancharanus, consil. 104. numer. 3. & ita tenent omnes Doctores indifferenter, etque communis opinio, & tenenda, secundum Tellum Ferdinandez, in dicit, leg. 6. Tit. n. 31.

cum sequentibus, ubi late cum probat & respondet concludenter omnibus fundamentis contrariis Socini nepotis. Eandem sententiam cum Bart. probat Bald. in leg. matris, num. 1. C. ad Tertull. & in leg. precibus, num. 18. C. de impub. & alius. Et in casu proprio ejusdem Socin. contrarium & rectius consil. Parlii consil. 52. per totum volum. secundo, & ibi etiam Nicol. de Vbald. de successione ab intestato 2. part. numero. 17. ad finem, & opinio glossae contraria, in dicit. l. matris, communiter reprobat secundum Cysuent. in l. 6. Tit. n. 3. in versic. item procedit etiam si pupilli: vel saltem illa glossa debet primo intelligi, quod tunc tantum mater excusatur, cum pupillus habet tutorem legitimum, id est, a iudice datum legitimum: vel alium legitimum, qui per renunciationem matris solemniter a iudice confirmatus sit, & decreta administratione, ut in l. legitimus, ff. de legit. tut. ita gloss. illam intelligit Anch. ubi supra, numer. 3. ibi intelligit, ergo &c. Vel secundo illi intelligenda, ut procedat, si mater inter annum renuntiet expresse tutela filii: ita quod declaretur, se nolle esse tutricem; nam tunc facta ista renuntiatione est aperta via legitimis, & ex tunc mater vel avia, non tenetur petere tutorem filii vel nepotis; focus si non renuntiet intra annum, & non administrat, nec petit tutorem, quia tunc privatur successione, etiam si mille consanguineos habeat pupillos, quia mater praefertur omnibus consanguineis in tutela filii, & avia matre deficiente. Verum est tutrix voluntaria, quia si non vult, potest eam repudiare, ita tenet in terminis dicit gloss. cum Bartol. & Bald. quos citat Marant. in rep. dicit leg. si potest, num. 241. ff. de acquiren. hereditat. quod ille est verus & communis intellectus ad illam gloss. in d. l. matris, & ad eam alia non infirma ratio, nam si aliud diceremus profecto pena dicit leg. sciant, & nostrae l. Regiae 12. fere hodie esset sine effectu, & non erit in usu, cum nulloquam deficiat ex agnatione, vel cognatione, cui tutela deferatur. Et quamvis rationes Socini nepotis in se loantur, non tamen applicabiles sunt ad propositum: Fatetur namque, quod mater solum oneratur petere tutorem datum non stante testamentario vel legitimo; sed legitimus nullus est stante matre vel avia in medio, & donec ipsa apud acta renuntiaverit tutela: ergo si hoc non faciat, nec petierit tutorem filii intra annum, puniatur privatione ejus successione. Erit aut tenendum omnia distinctioibus & irrefolubilitate Anton. Gabr. d. conclus. 1. de tutel. limita. 13. num. 66.

Septima principalis limitatio est, quae quando inter 100 est pupillus, ut non petatur sibi tutor, ut quia esset sibi factam amplum legatum sub conditione, si tutores non habuerit, & propterea mater ei tutorem non petierit, ne conditione deficeret, tunc namque cessabit constitutio, nec successione ejus mater privabitur, si damnum minus sit ex mulo legati, text. est expressus in leg. 2. §. si mater, versic. tractari. ff. ad Senatusconsultum Tertull. per quem text. ita tenet Bald. in dicit leg. matris, volum. primo, C. 66. dem. titu. & cum eo Marant. in dicit leg. si potest. nu. 242. ff. de acq. hered.

Octavo limitatur, quae quando pupillus non erat solvendo; Tunc namque mater si ei tutorem non petiit, excusatur, quia consultiat ei, ut minus inquietetur quasi in defensus, leg. 2. §. si mater, versic. ego etiam, sicuti quando penitus egenus pupillus tutorem non petiit, ut in d. §. si mater, in versic. quod si penitus, Bartol. in leg. 2. C. de negat. gest. & alios refert Marant. in dicit leg. si potest, numero 240. Cum enim favore pupilli cessatum est a petendo tutorem (ut in hac specie) non habet, imo limitatur nostra de hac re principalis conclusio, ut refert ex pluribus Antonius Gabriel. conclusio prima, de tutel. numer. 56.

102 Ex quo deducitur idem esse, quando pupillus haberet multos creditores, & mater nollet ei petere tutorem, ut sit indefensus, & non possit conveniri à creditoribus, nec condemnari. Ita singulariter tenet addit. Bartol. in d. leg. sciatis, & d. 5. quod si penitus, sed facit melius d. verfic. ego etiam sequitur Maran. ubi supra. n. 247. Sylva nup. d. 2. par. num. 53. limitat. 10.

103 Unde videtur procedere ꝑ non posse opinionem Pet. Anehar. d. conf. 104. n. 5. dicentis, quod licet forte tenue patrimonium pupilli haberet. matrem excusari à petitione tutorum, tamen secundum formam juris per officium pietatis debuit ipsa assumere istud onus, & non relinquere pupillos destitutos, & sine provisione indefensos. Erat enim in eius arbitrio vel recipere, vel aliter demandare per iudicem procreari. Cum ergo neutrum fecerit, non est fundata pietas, nec plene officium exhibuit, ut tenetur. Igitur est privanda, ut in l. 2. versic. quod si non compulsi. ff. ad Tertulianum. Nec potest modo allegare substantiam pupillorum egenam, non solvendo, postquam ad eam aspirat, quia sic est sibi contraria, & per consequens repellenda, ut in l. 1. C. de fut. & in cap. sollicitudinem, de appell. Est enim præsumtio contra eam de eo, quod agit in presenti, in præterito negligenter se habuisse iuxta notatam in cap. quosdam, de præsumpt. Ex hoc igitur capite concludit ibi Anchar. matrem se non posse tueri, & per consequens, quod sit privata, & hanc partem putat veram, Ant. Gabr. ubi supra. sub d. num. 56. quia licet substantia pupilli non exigat tutorem, persona, quæ ali & gubernari debet, cui per se principaliter tutor datur, semper exigat tutelam, argum. text. in §. 1. de iur. cum vulg. Hæc namque doctrina videtur contra expressum, in d. l. 2. §. si mater, versic. quod si penitus, & in versic. ego etiam, supra citata pro hac octava limitatione.

Nihilominus tamen opinio Ancharan. salvari potest adhuc in specie, in qua ipse loquitur, nempe quando pupillus habebat patrimonium, licet teneatur tunc enim huius auctoris rationes jam relatæ bene probant, & concludunt ejus opinionem & doctrinam, ut vidimus: Ceterum text. in d. ver. quod si penitus, loquitur, ut patet ex ejus litera, quando mater pupillis penitus egenis tutor esse non petit, tunc n. ignoscendum est ei, si similiter d. verfic. ego etiam, loquitur, quando mater ei, qui solvendo non erit, non petierit tutorem: tunc namque est ei ignoscendum, ut ibi cavetur, quia consuluit ei, ut minus inquietetur, quasi in defensus.

Supereft igitur, ut limitatio nostra octava sit vera, & tenenda in specie d. iurium, nempe, quando mater non petit tutorem filiis suis penitus egenis, vel, qui non erant solvendo, veluti, quia debita, quibus alitricus, & coneratus erat, prævalere bonis, quæ pupillus habebat. Unde cum bona non dicantur, nisi deducto ære alieno, ut in l. sub signat. §. cum similib. ff. de verb. significat. consequntur, quod solutis debitis pupillus penitus egenus remanebat, ut in casu priori d. versiculo, quod si penitus. Ergo consultus fecit mater non petendo ei tutorem, ut pote minus inquietetur quasi in defensus.

Ceterum si pupillus non esset penitus egenus, quia habebat bona ex quib. debitis solutis adhuc ipsi amplius remanere, quo viveret, postea tunc mater tenetur ei tutorem petere intra annum: alias si negligat, deneganda est eidem successio, tanquam contraria alleganti, ut probat Anchar. ubi supra, ejus doctrina, sic intellecta mihi verissima & tenenda videtur. In dubio tamen, quando non constat notorie bona non remanere pupillis solutis debitis, vel dubitatur, an sint eis aliqua bona, consulo matri, ut petat tutorem filiis suis intra annum juris, ne ei postea petenti ejus successioem iuste denegetur ob suam negligentiam.

Quod si pupilli nullam habeant substantiam, subveniendum est matri atque ignoscendum, si eis tutorem

non petierit, quia licet adhuc tutore egeant, ut alantur & gubernentur, & quia tutor datur principaliter personæ: nihilominus non jure arctatur mater in hac specie ad petendum tutorem pupillis suis, ac proinde non privabitur eorum successione propter tutorem non petitum, licet postea pupillis deferatur aliqua bona, eo forsan tempore, quo mater non fuerit negligens in petendo eis tutorem, veluti quia nondum transierat annus à tempore, quo eis fuerunt delata vel acquisita illa bona usque ad mortem ipsorum, ut in dictis iuribus, nempe verfic. quod si penitus, & in versic. sic ego etiam: & in nostra octava limitatione, quicquid aliud vellet in sua ratione prænarata Ant. Gabr. ubi supra, qui magis caute loqui debuit, ad hærens literæ dd. verficolorum.

104 Nono limitatur, ꝑ ut non procedat decisio d. l. sciatis, qui C. de legit. hered. & d. l. 12. tit. 16. par. 6. quando mater fuit preventa ab alio forte consanguineo infra annum in petendo tutorem, quia alius petit ante eam: tunc namque ipsa excusatur, ex quo non fuit in mora, & pupillo tempore debito fuit provivum de tutore: alias secus, si forte fuit lapsus annus, gl. in l. maris, C. ad Tertulianum, pro quo est text. & ibi gl. in l. forem, C. de his, quibus ut in dign. & tenet Marant. in d. l. 1. potest, numer. 243. ff. de acquir. hereditat. Quam limitationem ego veram esse intelligo, quando petitio tutoris prædicta fuit effectum consequuta, quia fuit provivus tutor intra annum, & ipse inventarium confecit & administravit, alias secus, quia non excusatur mater, licet ipsa intra annum tutorem filiis suis petierit impuberibus, nisi tutela sit decreta & inventarium confectum, & ipsa administraverit, ut solvimus supra intertina ampliat.

Decimo limitatur, ꝑ ut non procedat, quando mater vel alius, qui debebat tutorem petere, fuisset absens, ignorans, vel infirmitate impeditus, vel adesse alia magna causa, quæ eam impedit, mandate ad petendos tutores, ut in l. 2. §. si mater, versic. confestim, ubi, nisi forte, & c. & tenet in terminis Socinus consil. 152. num. 35. & 36. vol. 2. quem refert & sequitur Marant. in repetit. d. legit. si potest, n. 245. ff. de acq. hered. Sylva Nupt. secunda parte, num. 53. limitat. 11. ubi addit justitiam causam non faciendam aliquid, esse tempus petitis, vel quando alii pro majori parte ita faciunt, vel quando est communis opinio de hoc, vel rumor populi, ut ibi probat & generaliter limitat præfatam decisionem Ant. Gabr. d. concl. 1. de tutel. n. 58. quando mater alio casu fuisset impedita petere tutorem, secundum plures Dd. quos ibi citat, quod ipse intelligo de iusto & vero impedimento, alias secus.

106 Sed contra hanc X. limitationem obstat videtur text. in d. l. leg. 2. confestim, ff. ad Tertulianum, ita tamen, ut nullo modo annuale tempus excederet. Respondemus tamen, quod text. hic in his verbis procedit in casu infirmitatis, vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impedit, in quibus casibus tantum loquitur versic. nisi forte, ut ex eo patet. In his namque licet adhuc huiusmodi impedimenta durarent, nihilominus iustus est, ut annuale tempus non excedat, cum infirmitas necessitas tutorem petendi, & impeditus idcirco, & eo longo tempore possit damnum imminens pupillo faciliter prævideri atque effugari: at vero absentia longa, & ignorantia invincibilis, quæ omnino intra annum prævideri, evitari, vineve non potest, omnino excusatur. Est ita salvari potest & procedi, in his ultimis casibus. Excusatur itaque is, qui debebat petere tutorem intra annum propter probabilem ignorantiam, ut cum aliis probat Anton. Gabr. ubi supra. num. 48. Secus vero, alias data scientia intra annum, vel quando absentia esset talis, quæ data scientia mortis patris pupilli, post intra annum prædictum converti in presentiam ad petendum tutorem, aut saltem suppleri per procuratorem, per quem peti potest tutor, ut supra resolvimus.

Unde

107 Vndecimo ꝑ limitatur eadem decisio nostræ leg. cum similibus, ut non procedat, quando major gessisset tutelam minus legitime, vel passus est tutorem minus legitime gerere, & erat in tali loco, in quo erat penuria peritorum, & distabat à civitatibus, vel locis insignibus, ubi esset copia eorum, quia tunc excusatur propter suam simplicitatem, & præsumtam ignorantiam. Ita tenet Socinus consil. 39. num. 16. & 17. volum. 1. ubi id maxime procedere existimat, si peritus tutor administravit, quamvis non fuerit confectum inventarium legitime, vel forte non fuerit decreta administratio: & præmaxime, si ex negligentia sua jus pupilli non fuit factum deterius. Et Socinus sequitur Ripa in tractatu de preservat. remedi. contra pest. num. 240. & Sylva Nupt. ubi supra. d. num. 53. limit. 5. & Gregor. Lopez. in dicta lege 12. in gloss. per den. ubi, quid autem si mater, tit. 16. partia 6. & Marant. in repet. d. l. 1. potest, n. 244. ff. de acq. hered. qui hanc 11. limitationem sublimitat cum communi, quando mater potuit consulere peritorem, quia tunc punitur.

108 Duodecimo limitatur, ut non procedat in matre prodiga, cui fuisset interdita administratio bonorum: ea namque excusatur, si non petierit tutorem filio suo impuberi intra annum, ita Alexand. & Angel. in l. 2. cui bonis, ff. de verbo. oblig. & Sylva Nupt. ubi supra. num. 53. limitatione 8. Anton. Gabriel, concl. 11. de tutel. numer. 71. quia prodigus excusatur à delictis consistentibus in omittendo. Fulcinus, §. adeo ff. ex quib. caus. in poss. eatur, sequitur Marant. in dicta l. 1. potest, numer. 248. d. ceterum infra num. 128.

109 Decimo tertio limitatur in matre, vel alio, qui petere debet tutorem, qui tamen sit bannitus, vel missus in exilium, quia excusatur si eum non petierit, ut tenet gloss. & ibi Bartol. in fine in lege, plane ff. de excusatione tutor. verbo facilius, in fine, sequitur Marant. ubi supra. num. 249. Hæc tamen limitatio intelligenda videtur, quoties bannitus vel missus in exilium fuit ignorans, vel impeditus vere & realiter mittere procuratorem, vel mandatum ad petendum tutorem: Si enim potuit per procuratorem tutorem petere, cum hoc licet, ut supra probavimus, non videtur ullo modo excusandus, cum potuerit facili negotio impedimentum hoc remove, quo casu nunquam impedimenta solent excusare.

110 Duo tenim sunt probanda ab eo, qui ob impedimentum juvari velit. Primo, impedimentum illud in casu fuisse, ne præstiterit, quod præstare tenebatur, quoniam quantum in se erat, omni diligentia usus est, in lege qui committitur ff. de re milit. & notant omnes in lege secunda, §. quod diximus, ff. si quis caus. Secundo illud impedimentum huiusmodi fuisse, ut removeri minime potuerit, ut probat text. in l. sed & si per pratorum, §. 2. ff. ex quib. caus. ff. mai. ubi Bart. & utrumque tenent plures Doctores, quos refert & sequitur Menoch. de arbit. iudic. libr. 2. cent. 2. casu 118. num. 7. & diximus alibi.

111 Decimo quarto limitatur ꝑ conclusio nostræ l. Regia. cum similibus, ut non procedat, quando pupillus habet substitutum pupillarem, quia tunc non tenetur mater illi petere tutorem, ex quo tale onus petendi spectat ad substitutum, qui sperat ejus successione, ut tenet Bald. consil. 317. num. 1. & 4. volum. 1. & consil. 40. num. 1. vol. 1. per text. in d. l. sciatis, qui, C. de legit. hered. Marant. in d. l. 1. potest, numer. 250. ff. de acquir. ena. hered. Ant. Gabr. d. l. 1. potest, numer. 250. ff. de acquir. ena. hered. Bald. consil. 410. num. 3. volum. 3. qui cum num. 2. recte jure probasset hanc nostram 4. limitationem, postea d. num. 3. inquit, veritatem esse, quod excluditur avia per lapsum anni, non vero substitutus pupillaris, quia ipse non potuit suscipere tutelam, antequam avia repudiasset eam: unde annus incipit à die, quo avia repudiasset. Sed fallitur clarè meo iudicio Bald. in hoc ultimo loco, quia ejus ratio tunc decimum locum, & suam vim habet, quando adfunt

agnati, vel legitimi, quibus secundo loco post matrem competit jus succedendi pupillo ab intestato: tunc enim, merito quod mater, vel avia non excusetur à petendo tutorem filio suo pupillo, sed potius eo non petito intra annum excusatur ab ejus successione, non obstante, quod adfit legitimus, cui secundo loco hoc jus competat, quia ipse non potuit suscipere tutelam, antequam mater vel avia repudiasset, ut cum communi resolvimus supra in 6. limitatione, & tenet idem Bald. consil. 411. numer. 1. vol. 3. At vero, quando est datus pupillo substitutus pupillaris, ad ipsum pertinet primus locus successione pupilli decedentis intra pupillarem ætatem, excelsa matre, ut in l. P. Papias, §. sed neque impuberis, ff. de inofficio. testam. in cap. si pater, de testam. in 6. l. 12. tit. 5. part. 6. Anton. Gomez. lare. 1. tom. Perier. cap. 4. num. 7. & ceteri omnes. Ergo ad ipsum spectat etiam primo loco onus petendi tutorem, non vero ad matrem, vel aviam, quia cum ipsa sit excelsa à successione pupilli decedentis infra pupillarem ætatem, argum. text. in authent. de hered. ab intest. ven. §. ex his, collatione 9. & authent. sicut C. de legit. tutor. ubi dicitur, sicut hereditas agnatione non inspecta proximis defertur, sic & tutelæ onus comitatur immolentem. Et in expresso est text. pro hac nostra 14. limitatione, in d. l. sciatis, qui ad successione vocantur pupilli mortui, & junctis illis verbis, si ve substitutus, & c. per quem text. merito hanc limitationem probavit Bald. in duobus prioribus locis supra citatis, & ceteri omnes: tamen immemor sui idem Bald. in d. consil. 410. num. 3. contrarium, ductus à quovocacione, consuluerit, à quo cavendum est, tum ex supra dictis, tum etiam, quia limitationem nostram jure communiter DD. probantur, tum supra citari, tum etiam alii ab eis relati. Ex quibus hæc communis opinio & vera censeri potest.

Decimo quinto limitatur in specie text. in l. 2. §. si mater, in versic. & si forte, ff. ad Senat. consulti. Tertulianum. nempe cum quis uxorem, matrem communis filii scripserit heredem, rogaveritque remissa satisfactione, ut uni puberi factio restitueret hereditatem: tunc namque licet mater ei non petierit tutorem, non incidit in penam constitutionis, cum patris voluntatem sequuta sit, & nihil habenti filio tutores non petit, nisi remissa satisfactio non fuerit, quoniam vel propter hoc debuit tutores habere, ut ibidem probatur in versiculo, quod si ex: statim sequenti.

112 Decimo sexto limitatur, ꝑ ut non procedat dispositio nostræ legis cum similibus, quando pupillus haberet tutorem testamentarium, quia tunc non tenetur mater gerere tutelam, nec petere tutorem, secundum Bald. consil. 403. num. 2. volum. 4. quem refert, & sequitur Marant. in repet. d. l. 1. potest, numer. 251. Idem probat Socin. consil. 20. num. 4. vol. 1. & alios refert Anton. Gabriel, dicta conclusione, 1. de tutel. num. 70. ubi idem probat in alio quoque alias petere debente tutorem. Cessat namque tunc ratio finalis constitutionis, ut patet. Nec etiam panitur mater, si non petit cogi tutores testamentarios ad administranda, ut probat Bald. in lege præcib. num. 18. C. de impub. & alia.

114 Quinimo ꝑ addit Sylva Nuptialis, ubi supra limitatione 12. quod dicit lex sciatis, qui, C. de legit. hered. procedit, quando tutor in testamento datus est remotus, vel excusatus, & remanserunt reliqui testamentarii, quorum respectu excluditur legitimus, vel casu, quo proximior in gradu est inhabilis inhabilitate temporali, ita quod interim fuit locus tutelæ dativæ, quam mater omisit petere, alias secus, secundum Signor. consil. 195. vers. 4. Angel. consil. 166. si testator. Corv. consil. 84. in hac consulti. columna fin. lib. 3. quos ibi ad hoc refert hoc tamen intelligendum est juxta decisionem text. in lege credendum 7. ff. qui



qui per, int. ubi si autem pluribus idonibus datus... tractatus de tutelis & curis pars I. cap. XVI.

115 Decimo septimo limitatur, si nisi alii preferrentur matri in tutela ex forma statuti, vel ex dispositione testatoris...

116 Unde et eadem ratio dicendum est, quod licet mater non petierit tutorem intra annum, cum ad eam iure spectet primo loco successio, & onus tutelae, non ex hoc excluditur avia a successione...

117 Decimo octavo limitatur praefata conclusio principalis nostrae legis Regiae duodecima, titul. 16. part. 6. cum similibus...

118 Quae quidem et iura canonibus sublata non sunt, quia eorum poena respiciant favorem filiorum secundum communem opinionem...

119 Si tamen mater actualiter non transivit ad secundas nuptias, sed contraxit secundas sponas...

nuptias, sed contraxit secundas sponas de praesenti, an tequam petat tutorem filio dari non privatur successione pupilli...

Sed haec limitatio vera non est, neque tenenda, tum quia fallum est, per sponsalia de praesenti matrem non amittere tutelam filiorum suorum...

Nec obstat dicta lex final. tit. 12. part. 4. in contrarium allegata per Covarr. ubi supra, qui non loquitur de consummatione matrimonii per copulam...

Decimo nono limitat eandem conclusionem Anton. Gabr. dict. consil. 1. de tutel. num. 73. in matre, quae a marito habuit tacitam licentiam transfundi ad secundam vota, quod colligit ex Hieronym. Grato...

tutelam filiorum: Addit praeterea Gratus, quod pro hoc bene facit textus, in lege secundae, §. si mater, cum sequentibus...

Haec tamen limitatio vera non est meo iudicio, quoniam & si ex praedicta tacita licentia mariti uxori suae praestita transfundi ad secundam vota, videatur esse de voluntate defuncti...

Non etiam obest altera allegatio Hieron. Grati considerantis, iustum impedimentum mulieris ad petendum tutorem filii, ut eam excuset...

Denique et licentia mariti etiam expressa, concessa uxori transfundi ad secundam vota, solum potest eam liberare a poenis alias impositis ipsi matri in favore filiorum prioris matrimonii...

Vigesimo limitare videtur nostram praefatam conclusionem principalem Aretin. consil. 40. num. 4. ut procedat, quando supersunt alii filii ejusdem matrimonii: secus alias, si nullus alius filius superverit illius, cui hereditas...

Quod et autem praediximus, matrem non petentem tutorem filio impuberi intra annum, non privari sub-

ducte propter filios, scilicet, ut ipsi successio deferatur, ut in authent. de nupt. §. quoniam, & si vero expectet, in principio. Ergo si tempore, quo successio, & lucrum ex testamento mariti defuncti, matris nulli superest filius, non habet locum constitutio poenalis...

Sed cavendum est ab ista asserta limitatione, secundum Sylvam Nupt. 2. part. num. 33. limitat. 11. quia istae auctoritates loquuntur, quo ad excludendam mulierem a poena inflicta, transiente nunc tempore ad secundam vota...

Vigesimo primo limitatur eadem conclusio principalis, ut solum procedat respectu bonorum, quae esse pupillus habuisset ab alio, quamvis non petierit tutorem...

Quod et autem praediximus, matrem non petentem tutorem filio impuberi intra annum, non privari sub-

Quod et autem praediximus, matrem non petentem tutorem filio impuberi intra annum, non privari sub-